



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Apodixes, Sive Demonstrationes Tres Horrendarvm Blasphemiarvm Ecclesiae A Calvino Reformatae, Circa tres primos Symboli Catholici Articulos**

**Bosendorf, Hermann**

**Monasterii VWestphaliae, 1608**

Apodixis Prima Blasphemiarvm Calvinisticarvm Circa I. Articvlvm Symboli  
Apostolorum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35415**



APODIXIS PRIMAE  
BLASPHEMIARVM  
CALVINISTICARVM CIRCA I.

ARTICVLVM SYMBOLI

Apostolorum.

CAPVT I.

*Absterfio calumniarum circa  
titulum.*



VAE suo in proœmio, nec pauca,  
nec leuia, effutiuit mendacia calu-  
mniaſq; Calvinista Vorſtius, ea  
tanquam aliena à theſium institu-  
to relinquo: ad arcem ipſam titu-  
lumq; diſputationis, qui eſt, Credo Caluini-  
ſequarum aggredior. Scurrilis illi hic titulus  
eſt. Quamobrem? Pudet dicere, dicendum ta-  
men eſt, quod ſagaces homines aduerto con-  
iectare: aiunt Caluiniſequam fœminini gene-  
ris eſſe apud hunc Prædicantem, illiq; molli-  
tiem quandam effœminatam ſuorum homi-  
num Caluini, Bezæ & aliorum ad memoriam  
reuocare. Vix credo tantam hominis eſſe  
poſſe inſcitiam, illi tamen interim clamitant.  
O dignum Bæoticis ſuibus ſcrohipaſcum!  
Qui nescit bubſequas (& cur non etiam Cal-  
uinifequas?) eſſe maſculei ſexus? Neq; tamen  
cauſam ſcurrilitatis in poſito titulo conijcere  
valeo; niſi forte Calvinus, vir fuerit prædi-  
canti nō ſatis honeſtus; vt proinde honeſtum  
Caluini-  
ſtas rectè  
dici etiam  
Caluiniſe-  
quas.  
A non



## MENDACIA CALINOPRAED.

non fit dici Calvinisequam. Alioqui certè scurrile non est, vel hominem Christi crucem tollentem, sequentemque eius doctrinam Christisequam appellare, vel ingenuos adolescentes adolescentulasq; magnatum affectatores, in pedissequis numerare, & nominare. Nec symbolum fidei cum vulgo appellare Credo, nec orationem Dominicam appellare, Pater noster, aut nouum est, aut scurrile quippiam continet. Vnde igitur hæc scurrilitas, cum symbolum Calvinistarum inscribimus Credo Calvinisequarum?

Mendacium Vorstianum.

Caluinoprædicantizat autem & mentitur primo, quod ait §. 9. 1. disp. Apolog. *primum lesuitarum esse mendacium, Ecclesia Vorstiana fides dicendam Credo Calvinisequarum.* Nego ab ijs vspiam tale quid scriptum: Nego Vorstianæ alicuius Ecclesiæ in disputatione ipsorum vllum extare vestigium. Sunt in manibus omnium eorû theses, age qua in parte, quoto numero, quibus verbis mendacium eiusmodi contexuerunt? vbi id memoriæ prodiderunt magis, quam in suo Symbolo Calviniano fecerit Quirinus Cnoglerus, qui ne fando quidè Vorstiani aut Steinfurtenfis cuiuspiam cœtus nomen inaudiit? quam in atheismis pseudoeuangelicorum contra articulos fidei id præstitit Antonius Possuinus, qui fit necne Vorstius homo (nedum quid fit heretici hominis) vnquam cognouit? Conscius ipse sibi de se putat



tat omnia dici. Vidit suam in Credo Caluinisequarum secundum Caluini principia fidem adumbratã: putauit itaq; suæ Ecclesiæ doctrinam per Credo Caluinisequarũ exagitatam, quod Iesuitæ in thesib. neq; aiunt, neq; negãt.

II. Mentitur se nõ esse Caluinisequam. *Qui Mendac. Vorst. 2.*  
 Caluini doctrinam sequitur, propugnat, diffeminat, tã est Caluinisequa siue Calvinianus, quàm esse possit vel Ciceronianus, qui Ciceronem; vel Platonius, qui Platonem, vel Mahometanus qui Mahometem sequitur. At Vorstium Caluini doctrinam sequi, & tueri tã est hic gentium notum, quam quod notissimum: & (vt alia deessent) sola, quam pro Caluino instituit Apologia contra Iesuitas, id euincit apertissimè. Nã quid aliud hæc est, quam sententiarum Caluinisticarũ inepta quidem, sed tamen affectata defensio? Verum si nolit esse, qui habetur ab omnibus, Calvinianus, per me licet, vt sit,

*Caluino-Stenckfel-Luthero-Dreckvvagianus,  
 Libertinarius, & Nihilifidius.*

Ita enim non iurabit, quod iacet, vllius in verba Magistri aut Doctoris, nec ab vlllo pende-  
 bit mysteriorum diuinorũ interprete verè dicturº, *Quo me cunq; rapit tēpestas deferor hospes.*

III. Mentitur, quod ait: *Constat omnes Ecclesias Mend. Vorst. 3.*  
*ex Dei verbo reformatas, præsertim quæ puriorem de  
 cœna Domini doctrinã profitentur ab istis Calvinianas  
 appellari.* Prorsus enim contrariũ cõstat ijs om-  
 nibus, quibº aliqd de sectis, in quas nouãgelici



MENDACIA CALVINOPRAEDIC.

fecti sunt, scriptisq; Societatis constat. Lutheranæ Ecclesiæ ex Dei verbo, Prædicante iudice, sunt reformatæ, idq; innuit, dum ait hoc in paragrapho, *præsertim quæ puriorem de cœna Domini doctrinam profitentur*, volens etiam eas, quæ minus puram profitentur doctrinam, includere. At Lutheranæ Ecclesiæ nequaquam à Iesuitis vocantur Calvinianæ. Pro ijs aliud habent Credo Symbolumq; ab ipsorum discipulo Quirino Cnoglero pulchrè digestum. Sed placuit prædicanti, id quod accepit, mentiendi priuilegium, pueris contrariu in scholis Societatis edoctis, ostendere, vt pro priuilegiato Crete eum agnoscerent.

Mendac.  
Vorft. 4.

IV. Mentitur cum inquit §. 9. *Ecclesia nostra in solius Christi verba iurârunt.* Iurant per Saxoniam, quos à reformatis non excipit, promouendi, prædicantesque priusquam honorum gradibus insigniantur, vel ad publicas in templis clamations admittantur, in cõfessionem Augustanam: iurat ipsemet prædicans, non solum in verbum Dei, sed & symbola confessionesq; publicas, quas vt distinctas à verbo Dei recenset §. 10. *Caluini Bezae, & aliorum primam doctrinam*, inquit, *se amplecti quatenus & verbo Dei, & publicis illis symbolis seu confessionibus est cõsentanea.* Iurat vniuersa Sacramentariorum colluies, in tropicam totius cœnæ explicationem, in nudum corporis Christi signum contra apertissima Christi verba: *Hoc est corpus*

Caluini-  
stas non  
iurant in  
verba  
Christi.

pus



CIRCA TITVLVM.

*pus meum.* Deniq; iurant, quotquot sunt Calu-  
 nistæ in omnes pene omnium damnatorum  
 olim hæresiarcharum deliria & somnia. De  
 quibus Scoppius in Epist. ad Theophilum  
 Richium. Bellarm. de Ecclesiæ notis lib. 4. c.  
 9. Adde verba Christi esse, quæ Ioannis 8. in  
 historia de adultera ponuntur ab Euangèlista.  
 At in ea non iurat superattendens Geneuensis  
 Beza in suis commentarijs super cap. 7. Ioan.  
 v 53. sed ait: *Quod narrat Apostolus Ioannes, Iesum  
 solum fuisse relictum cum muliere in templo, nescio  
 quam sit probabile, & quod scribit Iesum scripsisse in  
 terram nouum mihi & insolens videtur.* Nec potest  
 vllis adduci cōiecturis Calvinus patriarcha  
 Sacramentariorum, vt credat totum illud ca-  
 put 6. apud Ioannem esse Ioannis, maximè  
 qua agit de reali manducatione corporis  
 Christi, vt est apud Feuardentium præfat. in  
 Rhut. Num etiam hoc est Calvinistas, qui vti-  
 que capiti consentient, iurare in verba Chri-  
 sti? Si repudiare Christi oracula, vel pro sua  
 torquere ea libidine, est in illa iurare, negari  
 non potest, strenuè Calvinistas in Christi e-  
 logia iurare, & quidè solius, vt ait Prædicans:  
 quo dicere possint, se etiam Apostolorum do-  
 ctrinam, si quando extra Christi mandatum  
 aliquid continet, non acceptare: nec audire  
 Paulum, gentium quidem, sed non Caluini-  
 starum doctorem, cum scribit 1. Cor. 7. *Ceterus  
 ego dico, non Dominus, si quis frater uxorem habet in-  
 fidelem,*

Caluinista  
 rejicit hi-  
 storiam de  
 adultera.

Caluiniste  
 rejiciunt  
 doctrinā  
 Pauli.



## 6 MENDACIA CALVINOPRAEDIC.

*fidelem, & hac consenserit habitare cum illo, non dimittat illam.*

5. Mend.  
Vorft.

V. Mentitur cum contendit §. 10. *nihil impium, vel etiam in fide Caluiniana erroneum* (vt habet in versione Germanica) *posse demonstrari in Harmonia, Husitica, Heluetica, Gallica, Anglicana, Belgica, Augustana, Sueuica, & nescio quarum non aliarum confessionum obtorto collo tractarum à Geneuenfibus, ad monstrum nouangelicæ fidei constituendum.* Trecentorum errorum redarguit cōfessionem fidei Caluinianæ Franciscus Feuardentius lib. 15. Theomachix Caluinistica. Non pauciorum mendaciorum cōuincunt Augustanam confessionem. Fabritius in Harmonia confes. August. & Bellarminus in iudicio de libro Cōcordiæ. Pistorius ad ducenta luculenta mendacia in ea se ostensurum pollicetur in libro *Merckzeichen*. Falsitatis fugillant in multis fidem confessionemque Caluinianam Lutherani; Olander in Enchiridio controuersiarum inter Theologos Augustanæ Confessionis & Caluinistas, Menzerus in collationibus doctrinæ Zvinglij, Caluini, Bezæ cum Augustana confessione: Huberus in oppositionibus articulorum fidei Lutheranæ & Caluinianæ. Vices non segniter rependunt Caluinistæ Lutheranis, eorumque doctrinam, vt falsissimam exagitant. Quis vero tam bardus vnquam extitit, qui inter contradictoria alteram partem falsam erroneamq;

Errores  
Confessio-  
nū nouan-  
gelicarū.

Diffidia  
nouange-  
licorum.



neamq; non iudicari? ex infinitis pauca de-  
 libemus. Non recipit Confessio VVirtenber-  
 gensis, Lutheri discipula, Epistolas quas vo-  
 cant Catholicas, cum ea quæ est ad Hebræos,  
 & Apocalypsi, vtpote *de quarum autoritate a-*  
*liquando in Ecclesia dubitatum sit*: at pro canoni-  
 cis scripturis in suo eas catalogo recipiunt,  
 confessio Belgica Gallicanaq; Spiritū sanctum  
 & fidem per peccata mortalia amitti, volunt  
 Saxonica pag. 86. Augustana pag. 190. Bohe-  
 mica pag. 180. confessiones in Harmonia non  
 amitti, sed sopiri tantum fidem, & Spiritum S.  
 vult doctrina Calviniana, idq; haud aliter ac  
 ratio in ebrijs ligatur. Beza in colloq. Mom-  
 pelg. & Calvinistæ in marginali corruptela ad  
 prædictas confess. Verè exhiberi corpus &  
 sanguinem Christi sub speciebus panis & vi-  
 ni, ait Carolo quinto exhibita confessio Aug.  
 aliæ posteriores cū pane & vino; quid ad hoc  
 confessiones Calvinianæ? apage cum istis hæ-  
 matopotis, in rem malam cum creophagis, si-  
 gna tātum corporis sanguinisq; suscipiuntur.  
 Vno verbo, quæ docet confessio Augustana,  
 ea euertit fides Calviniana, vt & lippis & tōfo-  
 ribus notum est per Germaniam ex quotidia-  
 nis Nouangelicorum cōcertationibus, & plu-  
 ribus ostēdi in Apodixi quod Calvinistæ non  
 sint Augustanæ confessionis. Qui igitur fieri  
 potest, vt in bella illa harmonia Caluangelica  
 nihil sit erroneum impiūmve?

Harmo-  
 niæ nouā-  
 gelicæ dif-  
 crepantia.



MENDACIA CALVINOPRAEDIC.

6. Mend.  
Vorst.

Contradi-  
ctio Vor-  
stiana.

Vorstius  
Vertūnus.

V I. Mentitur scribens *Caluino & alijs Docto-  
ribus Euangelicis atrox iniuria fit, dum multa blasphem-  
ia & paradoxa (§. 12.) ipsis imputantur, qua nec  
scripserunt, nec cogitarunt vnquam, §. 11.* Iam ante  
concesseras, mi homo, Caluini aliorumq; illa  
esse paradoxa, quæ in Credo Calvinisequarum  
congesta sunt. quid igitur iam vulgi cen-  
suram pertimescens palinodiam canis? me-  
ministine cum inuitareres ad disputationem,  
te in Epistola tua 23. Decembris data rescri-  
psisse; *quid præter personalia, id est vitia & nauos  
quosdam horum vel illorum doctorum in ijs thesibus  
vestris (in Credo Calvinisequarum) colligis?  
nos certè nec Caluini nec hominis cuiusquam parado-  
xa tuemur.* Ut hæc inter se cohæreret? In Decem-  
bri sunt vitia, sunt næui, sunt paradoxa; in  
Martio & postmodum inculcata sunt dogma-  
ta: hyeme homo congelatus, non tueris id,  
quod effutiuit Caluinus; verno, æstiuoq; tem-  
pore, iam resolutus à veris calore, omnia ve-  
lut ex tripode profecta contra theses ample-  
cteris. Suscipe tandem aliquando, prædicans,  
hominis sobrij & constantis cogitationes: e-  
dormi, siue veterum, siue crapulam istam;  
nec simul de eadem re ai, & nega. Bonorum  
virorum non est, eodem ex ore calidum &  
frigidum flare; aliud inter sedendum, aliud  
inter standum loqui, hyberno tempore con-  
cedere verum esse, quod inficeris verno.

VII. Men-



VII. Mentitur cū ineptissimè falsissimeq; 7. Mend.  
 infert §. 12. Itaq; hoc alterum mendacium est Iesui- Vorst.  
 tarum, &c. Aiunt olim quendam suspensum  
 prius, & posterius, vtrum laqueo dignus fue-  
 rit, an non, iudicatum. Vbi locorum, id acci-  
 derit, video controuerti. alij aiunt euenisse in  
 VVestphalia, ad Mosellam alij, Ego id Stein-  
 furti Prædicantis præcipitata asseueratione,  
 iam accidisse non dubito. Condemnat secun-  
 di mendacij Iesuitas, sed nullam ante condem-  
 nationem sententiæ suæ rationem affert. Vult  
 eos seu mēdaces ex arbore suspendere, & præ-  
 ter inaniloquentiam prædicanticam ad con-  
 firmationem præmittit nihil. Scilicet id satis  
 est, si dicat: *nos impia hæc paradoxa nusquam exta-  
 re in scriptis Caluini dicimus. Itaq; hoc alterum est  
 mendacium Iesuitarum!* Quid si eadem ratione  
 quis scribat: *nos impia illa paradoxa passim  
 extare in scriptis Caluini dicimus, ergo hoc  
 nouum Vorstianum est mendacium?* Quid si  
 vltius progrediatur aiatq;: *nos cum Luthe-  
 ranis, prædicantes Calvinianos intus & in cu-  
 te nequam atq; atheos dicimus: itaq; id est ve-  
 rissimum. Acquiescesne, prædicans, hoc mo-  
 do tecum agenti? concedesne rem pulchrè es-  
 se confectam? & non consequens modo, sed &  
 consequentiam esse verissimam optimamq;?*  
 Prius ratio tibi est afferenda quàm cōcluden-  
 dum apud philosophiæ gnaros. Stultus collig-  
 git, antequam quicquam ad probandum præ-

Illatio  
 Vorstiana  
 sine pro-  
 batione.



IO MENDACIA CALVINOPRAED.

Logica  
Vorstiana  
elegantif-  
sima.

misit. At post id probabis? prorsus id ipsum est, quod volumus, te prius reum suspendere, & post causam velle indagare. Non desinis tui similis esse logicus. Nam iam ante ex præfati uncula Credo caluiniani pari argutia, ita intuleras: *Iesuitæ aiunt: quos tu hostes, Comes Illustrissimè Solrane prosequeris, eos suis ipsorum gladijs nefandisq; blasphemijs per Iesuitas iugulatos intueris.* Ergo omnes ab ijs iugulatos (Gallos, Anglos, Polonos, aliosq; alibi caluinistas) tu Comes Illustris. armis prosequeris. Hem Bōbomachidem, Cluninstaredijsarchidem, ex campis gurgustidonijs Latumijsq; VVestphalicis, qui legiones Iesuitarum difflat vno spiritu quasi ventus folia aut pannicula tectoria. Retineamus hanc Vorstianam ratiocinandi formam, ad eamq; nos exerceamus nō nihil. Quos opilio Steinfurtenis insequitur ad pascua hircos, eos benè barbatos, intueris. Ergo omnes barbatos, siue sint hirci in India, siue Prædicantes in VVestphalia, insequitur opilio Steinfurtenis. Quid lepidius? Iterum quos insequitur Rex catholicus reformati verbi ministros, eos satis impudentes, verbosos & mendaces scimus. Ergo omnes impudentes, verbosos, & garrulos insequitur Rex catholicus, bellumque gerit cum omnibus verbigeronibus, non modò in Saxonia, Prussia, Russia: sed & in Iaponia, Cambaia, Africa, cum locutuleis vniuersis in



sis in Tartaria, cum fabulonibus in Perfide  
& tota Asia. Centum in Cilicia, & quinquaginta  
centum Sycolatronidæ, triginta Sardi,  
Sexaginta Macædones, sunt prædicantes quos  
occidit vna die. Papæ! quid auditum vspiam  
subtilius? Arrige aures, prædicans, & agnosce  
egregiam tuam dialecticam, acumenque. Non hoc  
dicitur in præfatione: Omnes tu persequeris, quos  
iugulat suis blasphemijs Credo caluinisequarum.  
Sed hoc: Quos tu persequeris (puta in Belgio  
caluinistas, hostes Regiæ Maiestatis) eos etiam  
iugulat suis blasphemijs Credo caluinisequarum:  
neque tamen ob id negatur, plures iugulari per hoc  
credo caluinisequarum, quam insequatur  
Illustrissimus comes. Exere nõnihil, si quod  
habes Dialecticum acumen, & doce istas duas  
propositiones æquipollere: Omnes tu caluinistas  
persequeris, & quos tu caluinistas persequeris,  
& eris Aristotelicis magnus Apollo. Sed caue ne si  
malè cedat, in proverbium Philosophis abeat Vorstiana  
congelataque consecutio.

CAPVT



APOD. I. CALVINISTARVM

CAPVT II.

*Examinatur exegetis CaluinoVorstiana  
primi articuli.*

*Domini a-  
thei, in pu-  
blico reli-  
giosi.*

**E**Picurus omnium bonarum disciplina-  
rum pernicies, priuatim nullum esse De-  
um credebat, in publico tamen simulabat se  
sacrificare, adorare, vota facere, ne tanta eius  
impietas emanaret in populum. Item in Ia-  
ponia quidam è Bonzijs, idem in China Man-  
darini quidam factitant. Non dissimiliter a-  
git Caluino prædicans noster; priuatim sentit,  
secundum posita à Caluino principia, Deum  
suum suorumq; esse Calecutanum Diabolum;  
publicè tamen ita se gerit, torquet & retor-  
quet verba sensumq; verborum Caluiniano-  
rum, ac si credat cum alijs in cõmunem Chri-  
stianorum Deum. Hinc breuem quandam  
exegetin primi articuli præmittit responsio-  
ni ad theses, in qua se conatur apud incautos  
in angelum Catholicæ lucis transformare: sed  
frustra est, facilè dignoscitur ex vncis pedibus  
manibusq; mendaciorum parens; facilè falsa  
veris intermixta notantur.

*Mend.  
Vorst. 3.*

Mentitur I, quod fidei esse scribit §. 14. *Deo  
ex animo considerare, inq; eius potentia & bona erga  
nos voluntate acquiescere.* Non hic oritur actus  
ab habitu fidei, sed à spe diuinitus infusa, quã  
Apostolus 1. Cor. 13. distinguit à fide. *Nunc au-  
tem manent, inquit, Fides, Spes, Caritas, tria  
hæc:*



DEVM ESSE DIABOLVM.

*hæc: qua de re, quos libenter se legere dicitur, Iesuitæ, Bellarminus lib. 1. de Iustific. c. 5. Vafquez in 1. 2<sup>a</sup>. disp. 209. Valentia tom. 3. in D. Tho.*

II. Mentitur Deum omnipotentem esse, <sup>Mendac. Vorst. 9.</sup> sufficienter per hæc explicari, *quod omnia omnino possit, quæ vel dici vel cogitari possunt.* Plus etiam potest infinita Dei infiniti potentia, quam finitæ mentis actus definitus queat perspicere, vel lingua effari. Ut enim finiti ad infinitum nulla est proportio, ita nec potest finitæ mentis cancellis ea vis, agendiq; facultas comprehendi, cuius finis nulla potest cogitatione constitui. Rectè igitur Augustinus: lib. 21. de ciuit. Dei cap. 7. *demus Deum aliquid posse, quod nos fateamur inuestigari non posse.*

III. Mentitur, hunc Deum patrem omnipotentem, solum esse conditorem cæli & terræ. Etiam filius creator est, ut per quem facta sint omnia; etiam Spiritus sanctus creator est, ut cui vna eademq; cum patre Filioq; nõ modo natura, sed etiam sapientia potentiaq; creatrix, & (quod inde fit) operatio transiens creatioq; sit communis. <sup>10. Mend. Vorst.</sup>

IV. Mentitur, si modo verbis vim non afferat, *nihil Deo ipso simpliciter nolente fieri: fiunt* <sup>11. Mend. Vorst.</sup> parricidia, incestus, aliaque peccata, quæ simpliciter fieri vetat ac damnat. Deus enim non volens iniquitatem tu es, ait Regius vates. Psal. 5.

Quod



Quod autem intorquet carmen in Societatis homines, id verius elegantiusq; sic mutatum obiter leget:

*Non audet Strygius Pluto tentare, quod audet  
Caluinista atheos, plenaq; fraudis anus.*

Aut vt ipsius in dicendo libertate vtamur, sic poterit adhuc magis quadrari.

*Non audet Strygius Pluto tentare quod audet.*

*Vorstius effrenis, plenaq; fraudis anus.*

Sed ad rem, ad ipsas inquam theses nos accingamus, easq; primū integrè describamus, mox à calumnijs etiam ineptijsq; mendacibus Vorstij vindicemus.

#### PRIMA THESIS.

**D**EV M hunc Calvinus sibi, suisq; sc̄tatoribus transformavit in Diabolum, prout è schola Lutheri Heshusius, lib. de erroribus calu. è catu Calvinianorum Castalio lib. de prædest. è Catholicis Bellarm. Tom. 3. li. 2. c. 4. de amissione gratiæ & statu peccati. Maldonatus, in c. 2. Matth. Becanus Disp. an Deus sit author peccati, diligenter obseruârunt ac notârunt. Res dictu mira, sed probatu non difficilis. Age enim, qui eâdem Deum specie ac fulgine depingit, qua deturpatus Lucifer, ex angelorum pulcherrimo degeneravit in inferorum omnium terribissimum, an non Deum manifestè transfigurat, in Diabolum? At verò depinxit Deum suum suorunq; Luciferi coloribus Calvinus. Quid enim? Sathana illa in scripturis sunt lineamenta, ac nota propria: hominum mentes



mentes (positiue & voluntate actiua, non autem permissiua tantum) excacare, indurare, suisq; mendacijs decipere. Gen. 3. 3. Reg 22. Ioan. 8. eas ad prodigiones, rapinas, homicidia, extimulare, Ioan. 13. Osee 4. & 5. illis adulteria, incestus, & id genus fœda flagitia inculcare. Luc. 4. Matth. 4. Act. 5. I. corint. 7. Theff. 3. eas cribrare ac tentare. Luc. 22. Quicquid horum est, suo impingit Deo Calvinus. Ille potissima potentissimaq; causa est omnis omnino humane deceptionis; vt à quò omnis emanet efficacia erroris 1. Inst. c. 18. §. 2. ille fons & origo est vastationum, bellorumq; omnium: vt à quo appareat certa destinatione Assyrios fuisse impulsos (Ibidem) ad Iudæam igne ferroq; vastandam; ille conciliator & perpetrator est vniuersæ infandæ libidinis, vt qui detestabilem Absolonis incestum suum esse opus pronunciet. Expressit omnia simul nulla verborum vsus circuitione Princeps ac primipilus Calvinianorum Zyvinglius ferm. de prouid. Dei ca. 6. ad Cattorum Regulam scribens: Quando facimus adulterium aut homicidium (idem de alijs sceleribus est iudicium) Dei opus est motoris, authoris, impulsoris. Expressit eadem Calvinizans Melanthon in cap. 8. ad Rom. disertis verbis asserens: adulterium Dauidis & proditio Iudæ, ita proprium est opus Dei; sicut vocatio & conuersio Pauli.



APOD. I. CALVINISTARVM

SECUNDA THESIS.

*Sed duabus è Caluino sumptis propositionibus hæc  
& breuius, & non minus apertè concludamus. Ait ip-  
semet, in instructione contra libertinos ca. 14.  
Libertinos, eò quod Deum astruant scelerum  
authorem, non tantum diabolum cum Deo  
societate coniungere, sed etiã in Deum ipsum  
transformare. At qui ille ipse Deum astruit scelerum  
authorem, cum scribit 1. Inst. c. 18. §. 3. Iam satis a-  
pertè ostendi, Deum vocari omnium eorum  
(puta peccatorum quã peccata sunt, de quibus inibi a-  
git) authorem, quæ isti Censores (Doctores Ec-  
clesiæ Catholicæ) dicunt otioso tantum eius per-  
missu contingere. Transformat igitur etiam ipse-  
met Deum suorumq; in Diabolum. vt proinde  
sectatores eius culpari non debeant; quod vel in Gal-  
lia Parisijs in ade D. Medardi rubrum in vitrea fene-  
stra cacodæmonem, dissecta Christi cruce reliquerint;  
vel in Anglia Londini, in templo D. Pauli solam Luci-  
feri imaginem reseruarint; vel Antuerpiæ in Belgio in  
primaria Basilica, satanæ statuam alijs euersis exu-  
stiq; retinuerint; vel Lugduni Batavorum reuertentes  
à diruto suburbano Franciscanorum Monasterio,  
pro Christi signo & vexillo a terrimum dæmona suo  
agmini pratulerint. Delrio lib. 3. Disq. Mag. par.  
1. q. 7. Sect. 1. Bredenbachius lib. 7. cap. 38. Lin-  
dan. de fug idol. lib. 1. c. 15.*

Excusatio  
dæmono-  
latriæ Cal-  
uinianæ.

Quid contra hæc prædicans? mentitur om-  
nia, tumultuatur, conuitiatur. Sed vt ordine  
res fiat tota, primum theses ad Syllogisticam  
for-



formam reuocemus, tum aduersarij subterfugia excutiamus, deniq; quæ impingit mendacia erroresq; retorqueamus.

CAPVT III.

*Secundum Caluini doctrinam Diabolum  
constitui Deum reformatorem  
à Caluino.*

**D**Eduxi pluribus hanc rem aduersus Caluinopredicantem meum in opusculo: *Zugenscheinliche außführung daß der Calvinistē Gott der Teuffel sey: wider Hans Wurff.* Et in eiusdem Apologiae irrefutata confutatione *widerlegung der Calvinischen Abfertigung.* Sed quod hæc vernaculo sermone sint elaborata, aduersarius autem etiam latinè calumniatur, modo latina phrasi rem eandem ferè reddam, simulq; multiplicibus pseudologijs Vorstianis occurram. Verum ne Andabatarum pugnam pugnemus, principio statum quæstionis oculis subiiciamus. Hoc igitur est quod anquiritur, an Deus peccata, non solum permittat fieri à malis, sed an sua etiam voluntate velit, decernat, iubeat, vt fiant: iterum, non an ordinet permissa peccata ad bonorum hominum probationem & malorum castigationem (id enim extra disputationis aleam est) sed an intus in mentibus hominum operetur malum, & non tantum deserendo

Status con-  
trouersie.

B permit-



permittendoq; sed etiam agēdo, volendo, impellēdo vnà cū peccatore ad malum cōcurrat; in illud hominem proijciat vt præcipuus author; ad illud volūtates excitet & conatus firmet. Hæc Calvinum dicere, dicimus vna cum Lutheranis Catholici: atque inde Caluini Deum colligimus esse Diabolum. Perplexatur vero de his prædicans, defugiensq; hunc quæstionis punctum, de alijs respōdet, rogatus de cœpis, & nunc hoc, paulo post aliud occinit, sibi non satis vel in hac vel in alijs materijs constans. Probemus igitur iam Deum Calvinianum non solum velle ipsam permissionem peccati, tanquam concessæ arbitrij humani libertati debitam, sed etiam velle ipsum peccatum permissum. Quæ duo differunt plurimum, & non nisi imperitissimè confunduntur. Voluntas enim permittendi homini libertatem benè vel malè operandi, bona est; at mala est voluntas, quæ abutitur permissa libertate, operaturq; malum. Non agit malè imperator volendo & permittendo Iudæos in imperij finibus viuere; velle autè viuere Iudaicè plane malum est salutiq; animarum perniciosum: & leges multa permittunt, quæ tamen vt iusta non probant voluntue fieri.

I. Argum.  
ab authoritate.

His positis I. Argumentum, vt placet prædicanti, est ab authoritate, potestque hunc in modum Syllogisticè formari. Vnicuique peccato in sua arte est credendum; medico in ijs  
quæ

Differunt plurimum velle permissionem ipsam & velle rem permissam.



quæ ad alexipharmaca faciunt; Iuris perito in definienda sententia legis; opifici de operis perfectione vel imperfectione. At vero periti Theologiæ, Calvinum iudicant, Deum facere peccati authorem, & quod inde fieri cõcedit prædicans, ex Deo procedere Diabolum. Verè igitur censendus est Calvinus cum gregalibus suis ex Deo facere diabolum. Minorem huius syllogismi negabit aduersarius, maiori tanquam communi quodam axiomate non difficulter admissa. Sed neget quoties collibitum fuerit, nobis nihil probatu facilis. Sic enim argumenti cursum vimque promouemus.

Si qui in doctis Theologis sunt numerandi, dubio procul, etiam aduersario iudice ijerunt, vel Lutherani Superintendentes, vel Calviniani consistoriantes, vel Catholici in Academijs Theologiæ Doctores. Sed ex ijs pleriq; hoc ter impium dogma Caluino tribuunt, si quando eius disceptandi occasio est. Neq; hoc grauatè concedit Prædicans, vt qui testibus luce clarioribus in thesi prima opprimatur. Largitur id testari Superintendentem omnium generalem Tilmannum Hefhusium in lib. de erroribus Caluini. Idem Conradum Schluffelburgium Stralsundensem superintendentem, & generalem episcopum & Patriarcham circumiacentium deformatarũ Ecclesiarum, hominẽ 23. añis in Caluinistis

Lutherani  
testantur  
Caluini-  
stis p Deo  
esse Diabo-  
lum.



lectitandis fatigatum fractumq; dicere & docere in Theologia Calvinistica ex 223. Sacramentarium libris congesta, non diffitetur. Idem Philippum Nicolai ducem verbi Hamburgæ eiusq; Symmistas Caluini alleclis opprobrire, & in libris editis, & pro concione non abnegat. Mitto Lutherum dicentē Tom. 3. Ienæ lib. daß diese wort Christi (das ist mein Leib) noch fest stehen. Der Teuffel ist der schwermer (Caluinisten) geistlicher Gott/20 Ioannem Prætorium Saxohallensem in lib. Calvinisch Gasthaus zur Narrentappen genannt. Ioannem Schütz im Sacramentsteuffel/aliolq; complures. Accedunt ad hosce Evangelicos (non sanè contemnendos Evangelico Vorstio, nisi velit eos secundum nouum suum Euangelium mentitos) Calvinistæ: inter quos cum anno 1552. Geneuæ doctrina Caluini de Prædestinatione cœpisset esse cōtrouersa (Bolsæci verba refero ex historia de vita Bezæ) plurimi Bernatium ministri oculos aperuerunt, Caluinumq; in ea grauitè errare perspexerunt. Coactaq; Lausannæ Synodo subducentem se disputationi cum Bolsæco (qui anno dicto hac in materia ei restiterat Geneuæ ad D. Petri) condemnârunt prohibentes ne quis impiam hanc doctrinam traderet, Deumq; per eam in cacodæmonem transformaret. Extant senatus Bernensis litteræ ad ministros An. 1555. apud Claudium Xantesium in respons. ad apologiam Bezæ, quibus suam hanc de impiissima

Caluinistæ  
restantur  
Caluini  
Deum esse  
Diabolum



fima ista Caluini doctrina censuram satis in-  
 dicant: vt imperitè prorsus impudenterque  
 Feuardentium lib. 2. c. 12. Theomachiæ men-  
 daciij accuset prædicans: cum ille Bernenses, ait,  
 ministri coram Senatu suo Caluinum accusarunt, &  
 libellos eiusdem (Caluini) super hac re à carnifice  
 publicè laceratos eodem loco conflagrari statuerunt,  
 edicto prohibentes, ne quis in eorum terris tam terros  
 errores spargeret. Insinuat hæc Bullingerus Ti-  
 gurinus minister ferm. 10. Decade 3. dum in-  
 uehitur tacito nomine in Caluini dogma quo  
 Deum esse causam peccati statuit; propterea, quia ip-  
 sum peccatum voluit. Si enim nolisset homo non pec-  
 casset. Eadem mens fuit Petri Vermilij publici  
 in Theologia professoris in 2. Reg. c. 6. senten-  
 tias (quas Caluinus de peccati origine tradidit)  
 Libertinas, execrandas, sacrilegas, abominandas &  
 plane diabolicas proclamans. Nec Geneuæ de-  
 fuerunt præter Bolsecum alij, & in primis Ca-  
 stalio ac Seruetus, qui se statim Caluino op-  
 ponerent. Cæterum quia Caluinus Papa eo Seruetus à  
 loci plus pollebat viribus, alios fuga sibi con- Caluino  
 sulere compulit, alium viuū ardentibus flam- cōbustus,  
 mis comburendum curauit. Negauit hæc nihil obstā-  
 principio de Castalione prædicans: sed post- te liberta-  
 quam monitus scripto meo Augenschein ocu- te & auto-  
 laria naso admouit, id quod negarat in Apo- nomia Cal-  
 logia reperiri apud Castalionem, inuentum à Palinodia uinistica.  
 se concessit, seque more suo mendaciij ipse re- Vorstiana.  
 darguit. Quoniam vero apertè totum hoc,  
 B 3 quod



quod Iesuïte, etiã Castalio obijcit, Calvinistis  
 verba Castalionis ad longum ponam. *Falsus*  
 Dogmata *Caluini Deus, est (ait) tardus ad misericordiam, pro-*  
 Caluini ex *pensus ad iram, qui maximam mundi partem creauit*  
 Castaliõe. *ad perniciem, eosq; nõ solum ad damnationẽ, sed etiã*  
 Amige au- *ad damnationis causam predestinauit. Itaq; decreuit*  
 res prædi- *ab eterno & vult, efficit q; vt peccent necessario, ita vt*  
 cans, & dif- *nec furti, nec homicidia, nec adulteria cõmittantur,*  
 ce vt tui *nisi eius impulsu. Suggestit enim hominibus prauos af-*  
 cõsentiant *fectus atq; inhonestos, nõ solum permissiue, sed effica-*  
 Iesuïtis. *citer, eosq; indurat, ita vt dum impiẽ agũt potius opus*  
*Dei, quã suum faciant. Sathanã facit esse mendacem,*  
*ita vt non iam Sathan, sed Deus Caluini sit pater men-*  
*daciũ. At ille Deus, quẽ sacra littera docet, est huic pla-*  
*nẽ cõtrarius. Et infra: verus Deus venit vt destrueret*  
*illius Calviniani Dei opera. Et hi duo Dei, vt sunt natura*  
 Viua Cal- *inter se cõtrarij: sic gignunt filios etiam inter se cõtra-*  
 uinistarũ *rios. Ille (Caluiniã) caluinistas) immisericordes,*  
 imago à *superbos, immites, inuidos, sanguinarios, calũniato-*  
 Caluiniã- *res, fictos, aliud in corde aliud in ore gerentes, impati-*  
 no depicta *entes, malitiosos, seditiosos, cõtentioniosos, ambitiosos,*  
*auaros, voluptatis magis, quam Dei amantes, deniq;*  
*omnibus prauis & inhonestis affectibus plenos, quos ei*  
*ipsorũ pater suggestit, vt alter Deus (Catholicus Ca-*  
*tholicos) misericordes gignit. Disce Calvinopre-*  
*dicans nõ esse tutũ vociferari, simulac aliquid*  
*primò aspectu nõ inueneris: hoc cõijcio mala fide*  
*citari esse, quod calumniatoribus est solenne. Vide vt*  
 Stancari de *Caluino te*  
 Caluino re *stimoniũ,*  
 Stancarum & *ipsum*



ipsum Sacramentariū, qui de Caluino scribens inquit: *iste ter infelix & indoctus Caluinus saepe in scriptis suis cōtra seipsum loquens duos Deos cōstituit* (puta Diabolum cum alio Deo) *nescit quid scribat, aut de quibus affirmet, modo vnam sententiam ponit, immediatē addit contradictoriam. Quod prius affirmat hoc postea negat, & ob id velle omnes eius ineptias, ne dicam stultitias, & impietates corrigere, immensus esset labor.* Sed missis Nouangelicis ad catholicos abeamus, qui ex omni pene gente, quæ sub cælo est, hanc blasphemiam in Caluino notârunt, eumque grauissimè accusârunt, quod Deum transformaret in diabolum sua de Deo peccati authore doctrina. Comprobârunt id doctè pariter & copiosè ex Anglis duo V Vilhelmi Reginaldus & Giffordus. lib. 3. Caluino Turc. c. 17. & c. 28. Ex germanis Theologiæ professor publicus Martinus Becanus in Disp. an Deus sit author peccati. c. 17. ex Gallis Francif. Feuardétius li. 2. c. 12. Theom. Calu. dum è Caluinistis demonstrat Deum esse causam peccati. ex Italis Bellarm. Tom. 3. li. 2. c. 4. de amissione gratiæ, vbi idem cū Feuardentio accuratè edocet, solidaq; fundamenta iacit ad cōcludendum Caluini Deū esse diabolum. Ex Polonis Andreas Iurgievicius in li. Nullus & nemo. Ex Austriacis Quirinus Cnoglerus in Symbolo Caluin. art. 1. Iā vero si in ore duorū aut trium testiū stat omne verbum, vt ipsa sapiētia Matt. 18, loquitur, qd excipiet

Mira doctrina Caluiniā laus à Caluiniāno profecta. Cape tibi hoc prædicans.

Ex omni ferè gente testes orthodoxi.



Responſio prædicans contra tantam nubem testimonio-  
 Vorſtiana. rum? *Heshuſius*, ait, *cum cæteris homo fuit, cum Pa-*  
 Refellitur. *piftis hac in re conſentit, Caluinum non intellexit: iu-*  
*ratus eſt hoſtis Bellarminus: ex perturbatione animi*  
*loquitur Caſtalius.* Nimirum homo non eſt Vor-  
 ſtius: ſolus intelligit Caluinum Vorſtius: vni-  
 cus eſt, in quem non cadit affectus iudex de  
 Caluino Vorſtius: Vorſtius angelus eſt, (ſatis  
 tamen barbatus & corpulentus) quem nec o-  
 dium, nec amor Caluini, pro quo deſudat, tan-  
 gat; & Vorſtius Stoicus eſt, qui nullos animi  
 motus contra Ieſuitas (quos maledictis lanci-  
 nat quam poteſt grauiffimè) ſentiat: vni Vor-  
 ſtio testimonium dicere citra exceptionem  
 omnem licet. Non te pudet, prædicans, tam  
 miſerorum effugiorum? quiſquis contra te &  
 Caluinum testimonium dicit eo ipſo eſt ho-  
 ſtis reiectusq; tuo iudicio. Videsne eadem ra-  
 tione, te nihil vnquã per teſtes docere poſſe?  
 vidēsne tribunalia omnia ac fora hac eluſione  
 perturbari? mox enim vt testimonium cõtra  
 quempiam aliquis tulerit, homo eſt paſſioni-  
 bus obnoxius, hoſtis eſt, aduerſarius eſt ex-  
 ciperi licebit. Gaue tibi lis incidat in iudicio  
 de facti cuiuspiã quæſtione, niſi Deum ipſum  
 angelosq; teſtes adduxeris, actum ages, tuaque  
 ipſius excipiendi contra teſtes arte eluderis.

2. Argu.  
 mentũ ex  
 proprieta-  
 tibus Sa-  
 thanæ.

SECVNDVM ARGVMENTVM. Si iſdem  
 coloribus & proprietatibus, Caluinus expin-  
 xit Deum, quibus delineari ſolet Diabolus;  
 Deum vtique; Caluinus trãſformat in Diabolũ.

At



At verum prius. verum igitur etiam posterius. Vis tota huius discursus in secundam sumptionem, siue minorem propositionem incumbit; hanc igitur ita probant theses. I. Sathanæ colores proprietatesque sunt, hominū corda indurare, excæcare, suis mendacijs decipere, & ad peccata sollicitare, non quidem modo quocunq; hæc operando, sed prout Gen. 3. 3. Reg. 22. Ioan. 8. 13. 2. Cor. 4. & alijs in scripturis hæc Sathanæ ascribuntur immittendo, influendo, & (quod plus est quam suadere) decernendo. At Caluini Deus ad eum modum in hominibus operatur hæc omnia. Probat id multis ex Caluino Bellarm. lib. 2. de amiss. gra. & statu pec. c. 4. & Becanus disp. cit. c. 10. Sed vnus nobis locus in thesi positus erit instar omnium, quo prædicantis simul fucatæ euasiones, & inepta subterfugia præcidantur. I. Inst. c. 18. §. 2. *Dicitur etiam (inquit) idem Sathan, excæcare infidelium mentes: Sed vnde hoc, nisi quod à Deo ipso manet efficacia erroris, vt mendacijs credant, qui renuunt parere veritati? quo loco, efficacia, qua intellectus excæcatur à Sathana, euidenter à Caluino arrogatur Deo. His gemella sunt, quæ in lib. 2. Inst. c. 4. §. 4. dicuntur; vt videas efficaciam agendi penes Deum fuisse, reprobos ministerium tantum præbuisse. Occurrit prædicans in libello turkæ Abfertigung (nam quæ in Apologia sunt apinæ tricæ post dissipabuntur) scribitq; pagina 17. Deum *impios excæcare & indurare, non permissione sola, sed**

Prima probatio minoris summationis.

à Deo Caluini est efficacia erroris in pseudo-prophetis.

Solutio Vorstiana.





refellitur.

*certa destinatione, quæ in subtractione diuinæ gratiæ & luminis cælestis aliorumq; donorum sit posita. Sed ego te oro lector, cui Caluini inspiciendi copia est, vt non nihil mecum cõsideres quæ ibidem verba à Caluino ponuntur, impostorem, & planè non alium quam impostorem perfrictæ frontis, prædicantem hunc clamabis. Vt enim omittam quod Caluinus inquit §. 1. loc. cit. directè contra prædicantem: Si Dei iudicium est excœcatio & amentia Achab, nuda permissionis (quæ subtractione gratiæ fit) signum euanescit, quia ridiculum foret iudicem tantum permittere, non etiam decernere quid fieri velit, & mandare executionem ministris. An quid clarius potest afferri ad impudentiam Vorstij ostendendam, quam cum scribit, 2. Instit. ca. 4. §. 4. Scripturæ testimonia de Pharaonis induratione vltra procedere, quam quod indicent tantum, quales Deus homines faciat deserendo (nota bene prædicans) cum indicent magis, qualiter opus suum in illis peragat, induretq; plus aliquid faciendo, quam non emolliendo? quàm cum inquit loco cit. hæc (excœcare, vertigine percuterè, obdurare, &c.) ad permissionem multi reijciunt, ac si deserendo improbos à Sathana excœcari sineret. sed nimis friuola est ista solutio. Potèstne excœcate prædicans quid apertius adhuc requirere? quid vis vltèrius? ais: Deum Caluino indurare subtractione diuinæ gratiæ & luminis cælestis: Negat id Caluinus, atque nimis friuolam esse illam responsionem.*

**Caluinus**  
apertè re-  
futatur Vor-  
stium.



nem. Nonne eo ipso oppugnas illum, quem  
 susceperas propugnandum? Si non satis asse-  
 queris quid sit Caluino, Sathanam mentes ex-  
 cœcare, sed à Deo efficaciam excœcandi erro-  
 risq; velut è fonte primo ac authore manare:  
 da saltem operam vt intelligas, quid sit, plus  
 aliquid Deum facere indurando, quàm non  
 emollire. Erubescere, cum te vt friuolum & in-  
 eptum ex sua perstringit sententia. Audi eti-  
 am vltèrius ibidem contendentem, *Deum pro-  
 jicere homines in fœdas cupiditates, quia iusta sua  
 vindicta præcipuus est author, Sathan vero tantum  
 minister.* Quasi dicat: & Deus & Sathan projici-  
 unt homines in fœdas cupiditates, sed Deus  
 vt author præcipuus, & à quo fit efficacia pro-  
 iectionis, Sathan solum vt minister: Deus vo-  
 luntate sua efficaci & concursu influxuque ef-  
 ficaciam erroris affert; Sathan serui & instru-  
 menti instar adiuuat; Deus vt causa efficiens  
 prima (hæc enim Aristoteli est id vnde est ef-  
 ficacia, & primum principium motus & actio-  
 nis) Sathan vt ab ea dependens. Eadem è Cal-  
 uini præceptore Bucero com. in cap. I. ad Ro-  
 man. pag. 72. illustremus. *Apparet, ait, Deum  
 cum seducit, tradit in reprobum sensum, immitit ef-  
 ficacem errorem, id facere non tantum deserendo,  
 sed etiam animos hominũ, vt errori concedant, incli-  
 nãdo.* Adhucne perges mœdaciter impudèterq;  
 Caluini sententiã deprauare? Adhucne Buceri  
 anos tuos

Quid sit  
 Caluino à  
 Deo esse  
 erroris ef-  
 ficaciam.



tuos & reformatos Sacramentarios, non desines emendicata à Catholicis doctrina ineptè excusare? Nota maiusculis, Deum Sacramentarium homines vt errori concedant inclinare.

2. probatio minoris.

II. Eadem minor hoc etiam modo in thesi confirmatur. Sathanæ viui colores lineamentaq; certissima sunt, mentiri, mendaciaq; subministrare. Ioan. 8. *Cum loquitur mendacium ex proprijs loquitur, quia mendax est, & pater eius.* Iam vero Caluini Deus mentitur, subministratque mendacia, tum quod eius instinctu, iussu, mandato, Diabolus mendacium loquitur, I. Instit. c. 18. §. 1. *mittitur cum certo mandato, vt sit spiritus mendax in ore omnium prophetarum; tum quod ab eo manet efficacia erroris & mendacij.* ibid. §. 2. *Explicemus id non nihil: Inducit in mendacium pseudopphetas diabolus; sed non induceret, nisi eos Deus induci non tantum permetteret, sed etiam vellet, tergiuersando enim effugiunt Dei tantum permissu, non etiam voluntate hoc fieri.* ibid. §. 1. *Quod vult obtinet in errantibus Diabolus; sed non obtineret, nisi Deus simul efficacem illum errorem immitteret.* Vnde rectè Becanus: secundum Caluini Euangelium non Diabolus, sed Deus est pater mendacij; Deus, inquam, è lacu Lemano profeminatus. Nam verus ille 3. Reg. 22. non mittit Sathanam cum certo mandato mentiendi, vt vult Caluinus, sed permittit, vt quod se velle Diabolus ià dixerat, perficiat, eumq; etiam



etiam superaturum prædicit ijs verbis: *decipies & praualebis: egredere & fac* (vti constituisti).

III. Ad idem valet & hæc ratio: proditiones, rapinæ, homicidia non ab alio ortum habent, quam à Diabolo, de quo veritas ait Ioan. 8. *Homicida erat ab initio. & 13. cum diabolus iam misisset in cor eius, vt traderet eum Iudas.* at eædem illæ pestes humanarum societatum, ortum habent à Deo Calvinistarum reformato, vt qui vi sua occulta miseros mortales ad eas excitet, moueat, necessitet, 1. Inst. c. 18. §. 2. *Affyrios apparet certa destinatione Dei fuisse impulsos.* ad quid? Primo ad bellum, sed iniustum, quodq; sine peccato non posset suscipi. Deinde ad sæuiendum non absq; grauissimis delictis: hinc. ibid. §. 1. *Quidquid sauitiæ exercent Chaldaei in Iudæa Dei esse pronunciat Ieremias,* (vt malè explicat Calvinus). Et §. 4. *homo iusto Dei impulsu agit, quod sibi non licet.* Tentat igitur proditiones, rapinas, homicidia, impulsu Dei, quæ sibi nõ licent. Verba autem quæ ex Isaia 10. adfert pro Caluino Prædicans, quali idem cum eo dicat, longè alium sensum habent. Nam illa *ad gentem fallacem mittam*: non aliud sonant quam *permittam*, Afsyrijs sua sponte Iudæorum terris inhiantibus, vt quod volunt faciant, nec iam amplius furorem eorum contra Israel reprimam. Hoc modo venator dum laxat vincula cani, permittitq; eum incurrere in feram, dicitur canē in feram mittere, cum tamen

3. probatio minoris.

Solutio obiectionis Vorstianæ.

Deus mittit Afsyrios, vt venator cū sol. uic vincula, canes.



tamen solum ei permittat currere capereque leporem. Nec mandatum hic aliud intercessit, quàm quo Deus iratus & Iudæis protectionem suam abstulit, & hostibus sæuendi facultatem permisit, ad eorum impietatem puniendam. Plura Bellarminus lib. 2. de amiss: gratiæ c. 13. Becanus in Disp. cit. c. 13.

probatio.  
Quarta

IV. Idem ex eo est ostensum, quod impellere homines ad impuritatem & scædas libidinum species, non boni sed mali sit spiritus, & eius maximè, quem impurum immundumque dicimus, de quo Tob. 6. at Caluini sequaciumque ipsius Deus, homines impellit ad nefarias libidines. Disertè siquidem ait li. 1. Institut. cap. 18. §. 1. *quod Absolon incesto coitu patris sui thorum polluit, id Deus opus suum esse pronunciat* secundum Calvinum. non repeto Zvvinglij & Melanthonis verba in thesi posita: quæ sunt Caluini vrgeo. Opus suum esse vult Deus Calvinisticus. Quid? incestam pollutionem thori paterni: at incesta pollutio non est opus, quæ opus, siue opus in communi acceptum, sed qua tale opus in specie: nempe qua turpe & infandum est. Nequicquam igitur aduersarius respondet §. 28. *infandam Absolonis libidinem esse opus Dei, quæ opus.* Hoc falsum esse ipsi etiam sua occinuit conscientia, quando quasi dimissa priore responsione subdit; iam dictum *flagitium esse opus Dei, quæ*

Refutatur  
prædicantis respon-  
sio.



quà iustum iudicium seu punitio est. Si namque erat opus Dei quà punitio Dauidis fuit, erat ergo opus Dei, quà probrum & scœdum opus erat (hac enim ratione punitio adulterij Dauidis erat). Quod si autem opus Dei erat, quà scœdum opus erat, ergo etiam erat opus Dei, quà incesta pollutio & peccatum erat. Nam quà scœdum erat, peccatum erat. Ad quod igitur immediatè sequentibus verbis adiungit prædicans: fuisse quidem opus Dei, at non quà peccatum erat. En vt cohærent vix integræ tres lineæ prædicantiæ Antilogiæ verius quàm Apologiæ.

V. Tentare a deo Sathanæ proprium est, **Quinta**  
 vt hinc per Antonomasiam Matth. 4. Tenta- **probatio.**  
 tor appelletur. Idem Actor. 5. in Anania. 1.  
 Corinth. 7. in incontinentibus, & alibi vide-  
 re est: ad eundem spectat cribrare Luc. 22.  
 (Tentare autem & cribrare intellige prout  
 locis iam citatis sumuntur, ne calumniator  
 prædicans de tentatione in genere sermo-  
 nem inferens, per Sophisticen suam decli-  
 net argumentum). At quin Caluini De-  
 us, ad malum tentet, & cribret homines,  
 nihil est dubium, quia tentatio Sathanæ  
 magis est à Deo quàm à Sathana. Eius si-  
 quidem potius est, cuius est, vt imperantis  
 & efficaciam suggerentis, quàm cuius est, vt  
 duntaxat eam exequentis. Calvinus autem  
 A. In-



1. Inst. c. 18. §. 1. cum prædicante §. 48. vult temptationem quæ pœna quædam est (quod satis est nostro instituto) esse Dei, vt iudicis illam imperantis, Sathanamq; vt iræ eius ministrū, cum certo mandato mitti (2. Instit. c. 4. §. 3.) vt eam exequatur, decipiatq; pseudopphetas. Vult igitur Calvinus Deum suum esse tentatorem ad malum (esto id fiat in pœnam) non minus quam Diabolum, imò verò vult eum omnium tētatorum ducem & antesignanum. Hactenus de primæ thesis argumētis; de mendacijs post.

Sexta probatio.

VI. Ex secunda thesi clarè hæc demonstratio colligitur: Deum asserere scelerum authorem, est non tantum Diabolum cum Deo societate coniungere, sed etiam in ipsum Deum transformare, prout conceptis verbis cap. 4. contra Libertinos ait ille ipse Calvinus, vt nihil minus quam de hoc dubitare debeat Calvinianus prædicans. At ipse Calvinus astruit Deum scelerum authorem 1. Instit. ca. 18. §. 3. hoc modo cōcludens. *Iam satis apertè ostendi, Deum vocari omnium eorum (puta peccatorū quæ peccata sunt) authorem, quæ isti censores dicunt otioso tantum eius permisso contingere: ipsius igitur Caluini propria confessione Deus est Diabolus.*

CAPVT



## CAPVT IV.

*Dilutio generalium responsionum  
Prædicantis.*

**V**T vim huius apodixeos aliarumq; elidat prædicans, multa vndecunq; potest, eaq; sæpè non satis intellecta, nec coherentia, etiam ex Bellarmino & Catholicis coaceruat. Respondet primo: *quis credat Calvinum adeo dementem fuisse, vt ipse id disertè assereret, quod alijs pro summa blasphemia imputaret.* Ita disput. 1. Apologetica §. 35. Existimatq; nec Calvinum, nec Melanthonem, aliosq; potuisse hæreticorum more sentire & scribere contraria. Sed tute crederes iã nunc, mi prædicans, si, quod te monueram, secutus esses consilium, inspexissesq; secundam Becani quæstionem Calvinisticam, vbi contradicentia ex Caluino in lucem extrahit. Vis vt actum agam, & obiter eorum aliqua repetam? 4. Inst. c. 1. §. 4. ait: *extra eius (Ecclesiæ visibilis de qua agit ibi) gremium nulla est speranda peccatorum remissio, nec vlla salus.* Et nihilominus lib. 4. c. 16. §. 24. & 25. concedit filios fidelium ante baptismum mortuos consequi peccatorum remissionem, & salutem antequam sint in Ecclesia: quãdoquidem per solum baptismum admittuntur in Ecclesiam visibilem: vt vult 4. Inst. c. 1. §. 7. rursus 3. Inst. c. 2. §. 16. & sequentibus, negat eum esse

Calvinus  
sibi sæpe  
cōtrarius.

Extra Ec-  
clesiam vi-  
sibilem nō  
est remis-  
sio peccati.  
Extra eam  
est remis-  
sio.

C fide-



fidelem, qui non certitudine fidei credat, sibi remissa esse peccata: at in eodem c. §. 10. & 11. afferit neminem certò scire, veram se fidem habere, tot vanitatis recessus habet, tot mendacij latebris scatet cor humanum, tam fraudulentam hypocrisis tectum est, vt seipsum saepe fallat. Sed nolo plura, ipsum ad fontem locis citatis: & si vis etiam Theomachiam Calvinisticam Feuardentij, plenam Caluini contradictionibus, simul etiam memento §. 12. primæ disputationis à te dictum: *Errare illi Doctores nostr. (Caluinus, Beza) potuerunt, & haud dubiè alicubi errarunt. Noli mutare toties mentem & stylum. Crede tuo Stācaro dicenti de Caluino: nescit quid scribat, aut de quibus affirmet, modo vnā sententiā ponit, immediatè addit cōtradiCTORIAM. Crede Caluino de se suisq; reformatis humiliter sapienti semel, & dicenti in libro de scandalis: Quod non eodem simul momento omnia viderint, quod non ad vnguem expolitum primo die tam arduum opus fuit, offendi se nonnulli causantur. Quam importuna sint laetitiae istae quis non videt? perinde enim faciunt, ac si quis nos accuset, quod primo aurora exortu Solem meridianum nondum cernimus. Tuæ sunt istæ importunæ laetitiae, prædicans, quas accusat; tua est stultitia, qui profectum inuides Caluino, visq; summo manè vidisse iubar meridianū; profecit, correxit, mutauit sua, prout & communis hominum cōditio est (à qua se ipse exemptum nunquam, vt ais §. 12.) & tempora, quibus ser-*

Stancaro  
contradi-  
ctoria scri-  
bit Calu.

Caluinus  
paulatim  
proficit.



feruendū Calvinianis est, postulârunt. Quando Libertini instabant, arma illi assumenda fuere Catholica, eo quod aliter eos non posset prosternere. At contra Catholicos, sensit idem cum Libertinis; ne qua in re videretur cedere Catholicis.

Respondet prædicans 2. Deum non esse Caluino authorem peccati, vt peccatum est, §. 27. & alibi sæpe. Item in respons. ad 3. & 4. argumentum libelli *Zugenscheinliche außführung* / 20. mendacium ait esse, Dei voluntatem & operationem extendi ad peccatum, vt est peccatum. Sed deerrat à mente sua & Caluini, quam inquirimus. Non enim dubitamus Caluino videri Deum velle & intendere ipfissimum peccatum, & quidem vt est peccatum. 1. Quia id vult Caluini Deus secundum occultum suum decretum, quod ferè prohibet decalogo & in scripturis. At in Decalogo prohibet peccata quæ peccata sunt. Eadem ergo vult etiam quæ sunt peccata. Maior ex 1. Institut. cap. 18. §. 3. & cap. 17. §. 1. habetur vbi inquit: *Obijciunt, si nihil eueniat nisi volente Deo, duas esse in eo contrarias voluntates: quia occulto consilio decernat, quæ lege sua palam vetuit.* Quid autem Caluinus ad hanc obiectionem? hoc tantum: *Quomodo idem diuerso modo nolit fieri, & velit, non capimus.* Eho etiamnum prædicans Caluini tui mentem non perspicias? non audis:

Deum Caluini velle peccatum vt est peccatum.  
1. Ratio.



Idem illud quod vult Deus Caluino, nō vult, at non vult Deus peccatum vt peccatum est, vult igitur etiā idem peccatū vt peccatum est. At inquis qui id fieri potest? Audi igitur iterum & acquiesce. Calvinus ait, *non capimus*. Quid tu igitur diuertis à peccato ad opus vt opus, & ad alios id genus logos merissimos? Calvinus ait id non capimus, tun' maior Caluino & discipulus supra magistrum es? dic etiam de te: id non capio, & relinque tuas actiones & passiones malè realiter abs te distinctas, relinque pœnas cæteraq; quæ vis considerare in peccato. A catholicis ista sumpta, non faciunt ad stomachum Caluini, multo minus ad Zvinglium; cui tamen imperitus agyrta eodem collyrio succurrere niteris §. 32. & 33. Explodit te cum glossis tuis Tom. I. in explicatione Artic. 20. Vbi indignè ferens, ex sua doctrina inferri, hominem damnari propter peccata, quæ Dei potius quam ipsius sunt opera; respondet cum stomacho: *De hoc ipsum Deum interroga. Ego enim ei non fui à consilijs*. Fortassis iam tu Deum ipsius (album an atrum nescio) interrogasti, didicisti quæ non licuit Heluetio Patriarchæ loqui. Si non id factum adhuc, vnde hæc tibi notitia, quæ non nisi cõfiliariorum Dei Zvingliani propria?

Calua  
Zvinglij  
excusatio.

2. Ratio.

II. Quæ Catholici doctores volunt Dei permisso contingere, eorum omnium Deum esse authorem vult Calvinus eodem in loco, ridetq; nudam Dei permissionem in peccati  
pro-



perpetratione, vt mendacium, tergiuersionem, effugium repudiandum sigmentum euanidum, friuolam solutionem, cauillum insulsum, dilutū, insipidum.

At Catholici volunt peccata, vt peccata sunt, Dei permisso contingere. Vult igitur Caluinus Deum esse peccatorū authorem quā sunt peccata. De secunda huius syllogismi propositione dubitari non potest, vt quam Scholastici accuratē tradunt in 2. sentent. dist. 37. & 1. 2<sup>a</sup>. q. 79. Vide Bellarm. de amiss. gratiæ li. 2. Valentiam ad q. 79. 1. 2<sup>a</sup>. Vasquez ibid. Molinam in 1<sup>a</sup> m. D. Tho. Becanum c. 7. disput. de prædest. Veniamus ad maiorem, eamque probemus primo ex instituto Caluini, quod erat catholicorum sententiam refellere, vt videre est initio capiti s. 1. vbi statim reprehendit distinctionem inter agere Dei & permittere, aitq; quod tergiuersando velint effugere, Dei tantum permisso, non etiam voluntate fieri peccata, quasi dicat Catholicorum esse subterfugium voluntatem Dei permissiuam peccati inducere, sibi autem absurdum nō videri, eius voluntatem verè actiuam esse respectu peccati, eiusq; causam, ita vt volente, iubente, & agente Deo fiat peccatum. 2. idem tota eius disputatio præ se fert, in qua permissionem semel atq; iterum vellicat, eos nugari & ineptire dictitans, qui in locum dictæ prouidentiae nudam permissionem substituunt, ac si eius iudicia pēderent ab hominum arbitrio. 3. verba citata in thesi, 3. Ratio.

C 3 sunt



funt clarissima, nec deprauationem prædicantiam patiuntur: & iam satis apertè ostendi, Deum vocari omnium eorum authorem, quæ isti Censores dicunt otioso tantum eius permissu contingere. Adde quod subdat, volente Deo Christum crucifixum, volente Deo Absolonem vxores patris stuprasse, volente Deo adeoque eius iussu Semei maledixisse Dauidi. Hæc nisi mentem perdidisset prædicans satis eum potuissent instruere, quæ esset mens Caluini circa peccata. Nec quicquam illi patrocinator, quod Caluinus dicat *otioso permissu*; quia facit in eo quod solent calumniatores, qui vt habeant quod carpant, sua alijs affingunt. Nam Catholici nesciunt permissionem otiosam, nudã quidem, & à quâ excludant Dei ad peccatum quã peccatum est cooperationem, probè sciunt. Dicunt enim & docent Deum permittere, vt peccet homo pro libertate arbitrij sui, nec peccatum, sed peccati permissionem velle; at otiosam prorsus nesciunt. Nam ijdem tradunt eum peccata permissa pro sua sapientia ordinare, & ordinata tempore suo etiam plectere. Prætermitto iam quod communis sit Calvinistarum cantilena, Deum esse authorem vnius peccati in pœnam alterius: ex quo liquidissimè sequitur à Deo esse peccatum, vt peccatum est, de quo paulo post. Prætermitto alia quæ ex lib. 3. Institut. cap. 23. §. 4. & 5. alijs locis alij annotârunt. Hæc Caluini

4. Ratio,

5. Ratio,



uini regula est loco cit. §. 6. vniuersalis: omnia quæ fiunt Dei voluntate & decreto fieri, adeoque quæ futura sunt, ideo Deum præuidere, quia ita vt fierent decreuerit. Quod si ita est, nonne etiam necessarium est fateri, vel Deum Caluino futura peccata, qua sunt peccata, non præuidisse, vel si præuidit, vt fierent etiam decreuisse & voluisse? De hoc argumento qui plura volet legat Bellarminum li. 2. de amissione gratiæ cap. 4. Becanum loco cit.

Respondet 3. Deum non velle aut destinare peccatum, nisi quatenus hoc ipsum pœnæ rationem habet, vt quidem interdum habere solet. Ita disputat. prima Apolog. §. 25. quibus §. 46. addit, *punit interdum Deus peccata peccatis*. Sed hac euasione satis hic prædicans ostendit primò, se nec quid ex alijs transcriberet, nec quomodo sua connecteret, attendisse. *Vult Deus, ait, peccatum vt habet rationem pœnæ; vult igitur peccatum ipsum, esto per illud pœnam etiam appetat. Vti qui vult suspendium Lauerionum, vt satisfiat iustitiæ, is omnino vult suspendium, esto præter illud etiam iustitiam spectet. Rursum vult ipsi Deus peccatum, vt pœna est alterius peccati, at peccatum pœna est & maxima quatenus prægrandè malum est, & à DEO separat.*

An Deus velit peccatum sub ratione pœnæ.

Vertigo Vorstiana & contra-dictio.



vult igitur peccatum quatenus est peccatum & malum. Quid igitur Battus isle toties recinit Caluini Deum nolle peccatum, nisi quia opus est? quid toties recoquit insipidam illam suam cramben Deum authorem esse a-

Deum non  
velle pecca-  
tum sub  
ratione  
pœnæ.

1. Ratio.

2. Ratio.

3. Ratio.

Præoccu-  
patio.

ctus vitiosi, & non inhærentis illi vitij? Sed & à vero est alienissimū quod sumit, Deum peccatum vnum infligere vt pœnam alterius. Primò, quia non sunt facienda mala vt eueniant bona, Rom. 3. at peccatum malum est, & quidem omnium maximum in tota rerum natura, peccatum igitur Deo faciendum non est, vt eueniat iustæ pœnæ inflictio. Secundò pœna respectu iudicis eam infligentis, semper habet rationem vltionis, at nouum peccatum respectu Dei non habet rationem vltionis, sed offensæ nouæ & iniuriæ, quæ noua per illud irrogatur diuino numini. 3. Peccatum prout debet esse pœna, non amittit formalem rationem peccati, nec etiã malitiæ quam includit: at fieri non potest, vt hanc malitiam Deus expetat; eius enim natura bonitas est, à qua mali desiderium nulla potest ratione profluere, mali, inquam, ex se & intrinseca sua ratione: ne cum sectionibus vltionibusq; suis (quas æger appetit vt confanescat) occurrat iterum prædicans. Longè autem aliud est à dictis, Deum propter aliquod peccatum subtrahere gratiam, ex quo peccator cadit deinde in aliud peccatum, quia hoc nõ est Deum

vel-



velle ipsum peccatum, sed subtractionem gratiæ auxiliijq; postquam subtractionem homo mala sua voluntate nouū operatur peccatum. Bellarm. c. 17. loco cit.

Respondit 4. Diuersas esse causas impellentes & fines, quos intendat Deus, & quos homo vel Sathan sibi proponat: diuersum item esse sensum modumq; quo operetur Deus, & quo operetur homo: Accedere præter hæc alias circumstantias, quibus facile excusetur Deus, & peccati condemnetur homo. §. 23. & 29. Hæc adeo homini complacuit responsio quoad diuersitatē modi & circumstantiarum, vt triumphos ante victoriam somniârit in responsione, eò quòd verbum hac de re fecissem nullum. Sed cur fecissem? nihil affert prædicans: dicit multa, docet probatq; nihil. Scio Caluinum 2. Inst. c. 4. §. 2. eandem hanc respōsionem vsurpare monereq;, vt finem agendi primum inspiciamus, deinde modum, quem Deus, Sathan, & homo in opere malo sibi præfigunt. Sed multis ibi modis & hunc prædicantem, & seipsum fœdè iugulat. Primo namque dicit, *Deum suo modo in reprobis agere, quod Sathan ipse (instrumentum cum sit ira eius) pro eius nutu & imperio huc atq; illuc se inflectit, ad exequenda eius iusta iudicia.* Ex quo consequitur Sathanæ flagitia ex Dei imperio in reprobos exerceri, Deumque authorem & causam eorum esse potissimam. Deinde addit; *omitto hic vni-*

Deus opus  
malum pa  
trat Calui-  
no sed ob  
finem bo-  
num.



Deus non  
generali  
tatum sed  
& speciali  
concurſu  
operatur  
Caluino  
peccatum.

Non poſſe  
uarietate  
eſſe in fine  
& modo  
agendi crea-  
turae malae  
& Dei.

uerſalem Dei motionem, vnde creaturae omnes, vt ſu-  
ſtinentur, ita efficaciam quiduis agendi ducunt. de il-  
la ſpeciali tantum actione loquor, quae in vnoquoque fa-  
cinore apparet. E quibus verbis colligitur fru-  
ſtra ad commune apotelesma, & opus qua opus,  
praedicantem ſe in Caluini doctrina reci-  
pere. Quando quidem etiam Deus cum repro-  
bis agit, & concurrat ad peccatum ſpeciali a-  
ctione. Deinde concludens: *idem ergo*, inquit,  
*facinus Deo, Sathanae, homini assignari, videmus non*  
*eſſe absurdum, ſed varietas in fine & modo facit, vt il-*  
*lic iuſtitia Dei reluceat.* Vnde ſequitur iterum  
Caluino iudice Deo assignari opus, non tan-  
tum qua opus, ſed etiam qua facinus eſt, ſiue  
malum opus eſt, eiusque eſſe authorem De-  
um, non minus quam Sathanam, eſto in eodem  
facinore aliam habeat intentionem Deus, a-  
liam Sathan. Sed ad rem. Nego varietatem  
eſſe in peccatoris fine & modo, quae non ſit  
etiam ex ſententia Caluini a Deo, vt praeci-  
pua cauſa. Primò, quia Dei voluntas dici-  
tur illi rerum omnium cauſa I. Inſtitut. cap.  
18. §. 2. at vero illa in fine & modo varie-  
tas intentioque peccatoris res eſt aliqua. il-  
la igitur varietas etiam a Deo eſt, non minus  
quam a peccante, idemque intendit per pec-  
catorem Deus, quod ipſe peccator. Erit i-  
gitur Deus & cauſa intentionis & modi va-  
riati. Secundò, Deus vult peccatum, ait me-



us Calvinopredicans, vult igitur etiam intentionem peccatoris malam modumque agendi, sine quibus peccatum, non est Calvinistis peccatum. Intentio igitur & modus non minus sunt à voluntate Dei, quàm hominis. Tertio, Deus Calvinianus voluit & decreuit peccatum ab æterno, vt haberet in quo ostenderet puniendo iustitiam, & misericordiam ignoscendo, ergo etiam voluit & decreuit intentionem, in qua constituunt Calvinistæ peccatum. Quarto nego intentionem Dei bonam sufficere, vt excuset opus in se malum. Nec in hoc argumentis meis prædicans in responsione satis adhuc fecit. Erat enim hæc quæstio, possetne Deus velle & operari peccatum, siue opus intrinsecè & ex natura sua malum. Respondet prædicans: *Quicquid agunt homines intentio iudicat omnes*, docetque intentionem in rebus ex se non malis valere plurimum ad earum bonitatem & malitiam. Sed quod hæc responsio nihil faceret ad rhombum, nec ad opus intrinsecè malum, de quo quærebatur, spectaret, succumbens demum argumento sibi obiecto, ait se nunquam asseruisse, Deum concurrere ad opus intrinsecè malum, idque se fateri, non furandum bouem, vt demus pauperi pellem, nec facienda mala vt eueniant bona. O Protheum, ô Chamæleontem, omnes colores pro re nata

Prædicans  
declinat  
forum as-  
sumens res  
ex se adia-  
phoras, vbi  
agendum  
erat de a-  
ctibus in-  
trinsecè  
malis.

men-



mentientem: quasi iam nõ satis ostensum sit, Deum Calvinistis concurrere ad peccatum vt peccatum est, esseque auctorem peccatorum; aut quasi non sit communis hic Calvinisequarum coccyfimus, ideo impiorum voluntates esse malas, quod in opere ad quod à Deo impelluntur & mouentur, malum eæ spectent finem, Deus autem bonum. Vide Calvinum i. Instit. c. 17. §. 5. & in lib. de æterna prædest. Bezzam in respons. ad Sebast. Castallionem, in refutat. 2. Calu; Zvinglium sermone de prouidentia ca. 6. de quibus Bellarm, lib. 2 ca. 4. de amissi gratiæ, &c. vbi perspicuis eos argumentis conuellit. Ex his iam nemo non intelligit, prædicantem etiam tum mentiri, cum mendacium impingit Iesuitis, in eoque falsi reum conuinci, in quo vult falsos mentitosque suos aduersarios.

Retorsio  
mendacio-  
rum in ca-  
put Vor-  
stij.

Mend.  
Vorst.

Mendac.  
Vorst.

Renumeremus illi impotētisimpudētisq; lin-  
guæ mēdacia eodem quo ipse ea ordine adnu-  
merauit Societatis professoribus. Tertiū, in-  
quit, mendacium Iesuiticum est, quod Deum  
Calvinus transformet in Diabolum. Sed in eo  
ipsemet vt iā euici mēdacium dicit; tertium?  
non. quotum igitur? pauperis est numerare  
pecus: ditissimus est prædicans mendaciorum:  
& numero & mensura carent malefani capi-  
tis istius deliramenta & figmenta. Mentitur  
cum scribit §. 18. *Quod eadem Calvinus deturpet  
fuligine Deum, qua Luciferum, mendacium est Iesui-  
tarum*



tarum quartum. Mentitur cum ait §. 19. quod Iesuita dicant propriam Diaboli esse notam positivè hominum mentes excœcare, indurare, decipere, prout Genes. 3. locisq; notatis factum est, id quintum Iesuitarum mendacium est. Mentitur cum dicit §. 24. quod aiunt: Deum Caluini positivè indurare mendacium est sextum, idq; vel cœco perspicuum: mentitur cū scribit eum deceptionis & erroris esse potissimam causam, mendacium esse septimum & octavum. Mentitur §. 26. cum asserit: Eum extimulare ad rapinas, idq; factum in Assyrijs mēdacium esse nonum & decimum. Mentitur cum in fit §. 28. eum fuisse cōciliatorem incestus Absolonici, mendacium esse vndecimum: cum tentare homines, esse duodecimum. §. 31. cum Sacramentarium Deum Zvinglio peccati auctorem esse, vt est vitium internum contendit esse decimumtertium. §. 32. cum Idem de Melanthonē dicere, decimumquartum numerat. §. 34. cum Caluino tribuere quod dicat se ostendisse Deum auctorem esse peccatorum, vult esse decimumquintum & decimumsextum. Denique cum decimumseptimum facit, solum quia ita Vorstio sine teste placet, quod de Sathanæ imagine ex Delrio, Bredenbachio, Lindano & alijs est in thesi productum. Et quid non homini ex mendacijs confuto in Credo caluinisequarum est mendacium? Pulchrè Ecclesiastes cap. 10. In via stultus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos estimat. Et Calvinoprædicans in fumis & mendacijs ambulans, omnes fumiundos & men-



mendaciloquentulos reputat, idq; tanta facit inscitia, vt cæcitate percussum à Deo existimes. Quod negârat in Latino, affirmat in Germanico exemplari. In Latino ait, *verba Melanthonis in thesi citata de adulterio David, &c. nusquam in Melanthane comparent, vt omnino credibile sit ei per mendacium afficta à calumniatoribus.* ita §. 34. At in Germanico concedit, in editione anni 1528. à se, prout allegata à Iesuitis erant, reperta, adeoque non Iesuitas, sed se more suo mentitum, dum mentiri contendit ipsos. Infelix Calvinoprædicans, qui ministerium suum caluere & Calvinisticè mentiri, ita didicit, vt tamen ignoret, mendacem oportere esse memorem sui.

## CAPVT V.

*De imperitis calumnijs prædicantibus.*

Lucifer  
princeps  
Diabolorum non  
est prædicans.

Potius quàm vt quicquam caninis suis arrosionibus & dentibus Prædicans relinqueret intactum, maluit etiam omnibus hætenus contestata notaque ineptè cauillari. Hinc 18. §. ineptit scribens: *Vnde Iesuitæ habent, quod princeps cacodæmonum aliquando Angelorum pulcherrimus fuerit, & iam Lucifer appellandus sit ipsi viderint.* En quam hospes & peregrinus in omni vera Theologia hic meus est præ-



prædicans: non legit Ezech. 28. *Tu es signaculum similitudinis Dei*: quod peruetustus scriptor Tertullianus lib. 2. aduersus Marcionem de Lucifero intelligit: Non meminit de eodem Iob 40. dici: *ipse est principium viarum Dei*. Principium inquam non duratione, sed dignitate super res omnes, vt ibidem D. Hieronymus notat. Non expendit illud Esaiæ 14. *Quomodo cecidisti de cælo Lucifer, qui mane oriebaris?* quibus diuinus vates sanctis Patribus authoribus, alludit ad lapsum principis inter creatos spiritus: Non obseruauit hanc sententiam communem patrum esse apud Molinam in 1. D. Thomæ. quæst. 63. artic. 7. quem tamen se lectitare simulat. Solus est inter Christianos velut barbarus & Scytha, vel Tartarus quispiam, qui nescit vno omnium ore principem malignorum spirituum appellitari Luciferum, idque quod inter cæteros lucem prætulit, supremusq; negatiuè fuerit in donis naturalibus, vnde occasionem superbiendi æquandique se Deo sit consecutus. Sed vocet eum vt libet, indigetur Confs, vocetur *Schwarz Caspar/Hans Wurst* / vel alio quocunque nomine, idque in thesi loco vocis Lucifer substituatur æquè adhuc sibi constabit theseos veritas insignemque calumniatorem ostendet prædicantem. Rursum ineptit §. vigesimo quarto.

velli-



vellicans quod particula, Omnis, apposita sit  
 Caluini testimonio ex lib. I. Instit. c. 18. §. 2. Et  
 vbi in genitiuo casu eam debuisset intellige-  
 re, ipse in nominatiuo illá accepit, nec Gram-  
 matici nec Dialectici boni perfunctus officii  
 ni Deo sit *um*. Thesis ait: ille potissima potentissimaq;  
 omnis er- causa est, omnis omnino humanæ deceptio  
 roris effi- nis, vt à quo omnis *emanet efficacia erroris*, id quæ  
 cacia. vult à Deo Calviniano nõ vnus magis, quam  
 alterius erroris efficaciam esse, vt quorum  
 par sit ratio. Prædicans pro sua sapientia hæc  
 mutat, & qui voculam omnis referre debebat  
 ad vocẽ, erroris, vt esset probatio eius (quod  
 Deus sit causa omnis omnino siue cuiuslibet  
 deceptionis) maluit eã trahere ad diuisionem  
 (efficacia) turbareque primum verba in thesi  
 posita & pro ijs in sua antilogia scribere à Ie-  
 suitis dici, quod à Deo *emanet* omnis siue quæ-  
 cunque *efficacia erroris* Caluino. Deinde placu-  
 it ei hoc modo eadem verba interpretari: Ie-  
 suitas velle nullam efficientiam efficaciamue  
 deceptionis esse à Sathana vel homine, sed to-  
 tam omnemue à Deo, quod non somniarunt:  
 qui enim dicunt Deum Caluino potissimam  
 esse causam inter omnes, illi alias etiam  
 præter Deum volunt esse causas, puta homi-  
 nem vel Sathanam: ijdem etiam efficientiam  
 aliquam & vim causandi efficaciamq; relin-  
 quunt alijs causis, vt sine quibus causæ nõ sint  
 veræ causæ. Verum faciamus dictum à Iesui-  
 tis



fit  
Et  
ge-  
n-  
ci-  
q;  
o  
ue  
m  
m  
ec  
at  
od  
et  
m  
efi  
le-  
e-  
u-  
e-  
ne  
o-  
it:  
m  
m  
i-  
n  
i-  
it  
i-  
is

tis omnem efficaciam erroris efficientiamq;  
esse à Deo Calviniano: quid in hoc falsi? non-  
ne ait Calvinus 2. Inst. c. 4. §. 5. *diuinitus effici-  
am erroris & seductionis immitti, vt credant menda-  
cio?* An hoc, diuinitus immitti seductionem,  
est humanitus aut imitus ex inferno effici-  
am erroris manare? Nonne Caluino ibidem  
Deus iustę vindictę (errorum, libidinũ, pra-  
uorum desideriorum) præcipuus est author,  
Sathan vero tatum minister & instrumentum?  
At minister instrumentumq; habet vim effi-  
caciãq; à suo mouente. Quid? quod Calui-  
nianus Deus, dat Sathanæ hominiq; peccandi  
potentiam & vires, quod datas ab eterno præ-  
destinat ad patrandum peccatum; quod præ-  
destinatas determinat in tempore, vt primus  
motor, author, impulsor ad peccãdum? quod  
cogat hominem ad delinquendum Zvving-  
lio cap. 6. de prouidentia? Quod deniq; solus  
peccet peccatiq; sit causa, vt Bellarm. c. 6. li. 2.  
de amiss. gratiæ, docet ex Calvinistis? An non  
hęc omnem erroris peccatiq; efficaciam esse  
à Deo satis apertè loquuntur? Sed dicet forte,  
vt hęc ita sint non tamen quippiam addi Cal-  
uini verbis debuit. Respondeo in germanica  
thesium versione diu ante omnes alogeticas  
disputationes prædicantis edita particulam  
(omnis) non reperiri, idq; ipsummet rhapso-  
dum in sua apologia Germanica §. 24. agno-  
scere, vt si non caput sine cerebro fuisset, vel

Omniem  
efficaciam  
erroris effi-  
cientiamq;  
esse à Deo  
Caluini.

D ex eo



ex eo vno suspicari potuisset, illam germanicè exemplaris à Latino discrepantiam consulto consilio factam. Et quo illo, nisi vt ostenderetur, eam voculam in Caluino non esse explicitè positam, erui tamen manifestè ex contextu? Atq; hac causa diuerso caractere à Caluini verbis in iteratis thesium Latinarum editionibus impressam. Sed quid? Nonne & tu,

Prædicans  
falsarius  
esse con-  
uincitur.

Crimen  
falsi.

mi Caluino prædicās, hoc iuris & amplius tibi sumpsisti in Enchiridio tuo, dum (vt ais) erroneas Bellârmini propositiones pro tuo Caluiniano stomacho coaceruas? nõne addis, demis, mutas eius verba, idq; (vt dicis in præfatione) quod sensum earum quam breuissimè scilicet, & clarissimè exprimere studueris? & quo modo expressisti? eo quo vel pueri rudimentarij, vel puellæ catechisticarum questionularum peritæ, te inscitè admodum meritum deprehendant. Septimam hanc facis Bellârmini propositionem inter errores de missa: *Missæ etiam ritè pro sanctis mortuis, licet in cælo iam regnãtib; celebratur.* Nõ est hæc vllò modo Bellârmini propositio, sed crassum tuum deliramentum: pro triumphatibus cum Christo nõ oratur à Catholicis, Iniuriã enim martyri, etiã alijs cælitibus, facit, qui orat pro martyre nedũ vt celebretur, pro eo. *Non repugnat,* ait, Bellarm. li. 2. de Missa c. 8. propositione prima & secunda, *institutioni cœnæ Domini, vt in ea nominentur, honorètur, inuocètur sancti, modo quo ab Ecclesia*  
Catho-



*Catholica solent inuocari.* Est hoc idē, quod missa  
 p̄ sanctis mortuis ritē celebratur? Iterū inter  
 errores de Rom. Pōtifice hunc vndecimū tri-  
 buis Bellarmino: *pie creditur Pontificē, ne quidem*  
*vt particularis persona est, hareticū fieri posse: licet &*  
*rationes euidentēs & exēpla plurima in cōtrarium af-*  
*ferri soleant.* Nōne & hęc cōtra mentem autho-  
 ris tuo plena est Calvinistico fermento? nōne  
 rationes exemplaq; tuorum fabulonū solidē  
 refellit, quę tu euidentia vocas? qui tibi arro-  
 gas hanc Bellarmini peruertendi facultatem,  
 relinque nobis saltem explicandi Caluini vna  
 vocula subintellecta potestati: nec illico, p̄ ma-  
 ligno tuo morosoq; ingenio rode in nostris,  
 quę, si ita libeat, frequētissimē culpare possu-  
 mus, recta cum ratione, & quidem grauissimē,  
 in tuis. Quod etiam ais §. 32. *Zvvinglium ineptissi-*  
*mē dici primipilum Calvinianorum, quia antequam*  
*Calvinus innotesceret obierit:* Illud nihil aliud  
 memonet, quam te erronis instar vndecun-  
 que glebam arripere, & ineptissimum esse  
 cauillatorem. qui nescire te simules à Zvving-  
 lio primum pilum Sacramentariorum vibra-  
 tum, quo Catholicam Ecclesiam perimeret,  
 hareticamq; & Calvinisticam cœnam propu-  
 gnaret. Addo si propterea ineptissimē dicitur  
 Zvvinglius princeps Calvinianorum, quia  
 ante Caluinum obierit, etiam ineptissimē di-  
 centur à Calvinise quis nō Catholicorū modo  
 consensione, sed & ipsoꝝ Sacramentariorum

Ineptē ne-  
 gat Zvvin-  
 glium pri-  
 mipilum  
 esse Calui-  
 nistarum.



confeſſione D. Paulus, Petrus, Lucas, Chriſtus, principes primipili & duces Calvinistarum, qui iam mille ante Caluinum annis, & eo amplius, mortale hoc corp<sup>o</sup> exuerūt. Alios quosdam errores accumulatas de confuſione generis & ſpeciei, operis & vitij inhærentis, aliorumq; ſupra refutatorum. Sed ijs nihil aliud efficis, quam vt videamus te eſſe nouum quædam Chinenſem Deum Confuſum. Hæc ad primam criminationem.

## TERTIA THESIS.

PATREM. Et hic (quod erat neceſſe transformato iam Deo) in vitricum, in Tyrannum, in Carnificem multis nominibus ac modis à Caluino eſt commutatus. Primum enim diu ante præuiſa peccata omnia, atq; adeo ab æterno, prius atrocem in humanum genus tulit ſententiam; quam perſpexerit cauſam, prius ſempiternis hominem adiudicauit inferorum ſupplicij; quam vlla eius præuideret ſlagitia, prius deſinuit vniuſcuiuſq; reprobandi pœnã; quam cognôrit culpam. Homines, ait, lib. 3. Inſt. cap. 23. §. 2. nudo Dei arbitrio, citra proprium meritum, in æternam mortem prædeſtinantur. & ibidem cap. 22. §. 3. vbicunq; regnat hoc Dei placitum nulla in conſiderationem veniunt opera. *Quid autem poſtea? vt hoc quod decretat ad eum modum iniuſtè, videretur tamen exequi iuſtè, non permittendo tantum laxauit habenas malis ſpiritibus, ad hominem in ſcelera quæq; propellendum: verum etiam vt*  
id



id facerent, illis iniunxit. Scimus, ait, lib. 1. Instit. c. 18. §. 1. Sathanam se coram Deo sistere ad excipienda iussa non minus quàm Angelos: nec quid aggredi nisi volente Deo, cuius cum certo mandato mittitur, vt sit spiritus mendax in ore prophetarum. ad cuius nutū potentiamq; respōdet instrumentum magis ipfius in agendo; quàm author. Lib. 2. Instit. cap. 4. §. 5. *Præterquam enim quod iurato nostro hosti mandat imbecilli homuncionis oppugnationem; eum etiam occulta quadam vi, in illo oppugnando supplantandoq; adiuuat, adigitq; Sathana & peccato victas manus dare.* Agit igitur homo lib. 1. Inst. cap. 18. §. 4. iusto Dei impulsu, quod sibi non licet, & in quo peccat, flammamq; meretur æternas.

QUARTA THESIS.

**E**Xcusatum à peccato hominem putasset alius in Deo, quod voluntatem suam voluntati ac impulsui conformasset diuino; vt cui nec debeat, nec possit resistere. Sed nequaquam eum excusari apud Deum permittit Calvinus. Excusabiles, ait, lib. 3. Inst. c. 23. §. 9. peccādo haberi volunt reprobi, quia euadere nequeunt peccandi necessitatem; præsertim cum ex Dei ordinatione sibi iniiciatur huiusmodi necessitas. Nos vero inde negamus ritè excusari. Ne vero quid deesset ad certam hominis perniciem & interitum; idem ille pius Calvinistarum Parens legem homini dedit; quam nec per gratiam Dei quam amicumq; etiam, posset seruare.



*Hinc Calvinus, 2. Inſtit. c. 7. §. 5. quod impoſſibilem legis obſervationem diximus, id eſt paucis explicandū ſimul & cōfirmandum; in Antidoto Concil. Trident. ſeſſ. 6. mihi abundē ſufficit neminem extitiſſe vnquam, qui legi Dei ſatiſfecerit, nec vllum poſſe inueniri. Ut autem crudelius poſſet deinde in tranſgreſſorem deſauire, minimis & leuiſſimis lapſiunculis deſideriorum ac verborum inanum, maximas & grauiſſimas pœnas aeternæ mortis præfixit. Nō eſt, ſcribit Calvin. lib. 2. Inſt. c. 8. §. 58. 59. quod vel leuiſſimas cupiditates (etiã omnem deliberationem antegreſſas) iudicio mortis eximamus. Quare habeant filij Dei (Calumiani) omne peccatum mortale eſſe, quia eſt aduerſus Dei voluntatem rebellio. Quis vnquam Vitricus, aut Tyrannus, aut Carnifex, ſi eiufmodi Deus eſt Pater? Herodes, Nero, Caligula, Buſyris, Mezentius præ hoc Caluiniſtico Deo quidam Mitiones fuere.*

CAPVT VI.

*Deum Patrem Caluiniſtarum tyrannicè hominem damnare ante cognitionem cauſæ.*

Descriptio  
Dei Cale-  
cutani.

**D**EVM Calecutani in oriente effinxerunt (nec longè ab his abierunt Mexicani ad occidentem) quatuor in ſignem cornibus, ore vaſtiſſimo hiantem, deformem naſo, toruis luminibus, ac minaci vultu truculētum, horribi-



ribilem hamatis digitis, vncorum vel harpa-  
 gonum instar, vt est apud Lodouicum Patri-  
 tium Nauigat. lib. 5. cap. 2. Pro Deo sibi nõ dif-  
 simile quid proposuere Calviniani, qui Dia-  
 bolum in Dei locum substituerunt, & ex patre  
 effecerunt tyranum ac carnificem, & vt canit  
 ille; Monstrum horrendum, informe, ingens  
 cui lumen ademptum. Prius iam demonstra-  
 tum est contra Calvinoprædicantem, poste-  
 rius ex analysi tertiæ & quartæ thesisiã osten-  
 demus. Primum in ijs argumētum est. Tyran-  
 nus adeoq; carnifex & tortor humani generis  
 est Diabolus, vt qui tanquam leo rugiens cir-  
 cumeat & quærat quem deuoret. 1. Petri 5.  
 At vero Calvinistarum Deus Pater, est Dia-  
 bulus, prout iam inuicto argumentorum ro-  
 bore cõstabilitum est. Calvinianus igitur De-  
 us est tyrannus, adeoque carnifex sæuissimus.  
 Nihil in hoc discursu obscurum, nihil est  
 quod non per se sit notum vel iam ante pro-  
 batum. Secundò, crudelis tyranni est, an-  
 te subditos condemnare ad pœnam, quam  
 aduertat & intelligat vllam omnino in ijs  
 culpam. At Calvinianus Deus pater ante  
 reprobos condemnauit ex mente Caluini ad  
 pœnam, quàm intellexerit originalem a-  
 ctualẽmue culpam. Erit igitur Calvinia-  
 nus Deus pater, crudelis tyrannus: & hoc  
 crudelior immaniorque, quo horribilior  
 est pœna æterna corporis & animæ medios

Caluinista  
 rû Deum  
 esse tyran-  
 num.

1. Argum.  
 quia est  
 Diabolus.

2. Arg. con-  
 dēnat ante  
 cognitio-  
 nem causę,  
 ergo.



inter inextinguibiles ignes, quàm sit momentaneum hoc in orbe supplicium. Maiorem credo sibi probari non exiget prædicans, ne & contra naturæ lumen, ac notitiam venire videatur, & à Virgilio discere cogatur tyrannicum id esse;

*Sic volo, sic iubeo, sit pro ratione voluntas.*

Minorem vero non minus solidè quàm clarè in disp. de prædest. ca. 1. iam pridem prædicantem meum edocuit è Societate Iesu Becanus, etsi id Calvinisticè veteratorieq; dissimulet, Potest autem sic expediri breuiter. Primò. Calvinus lib. 3. Instit. c. 21. §. 7. scribit. *Discimus aeterno & immutabili consilio Deum semel constituisse, quos olim assumere vellet in salutem, quos rursum exitio deuouere, hoc consilium, quo ad electos in gratuita eius misericordia fundatum esse asserimus nullo humana dignitatis respectu. Quos vero damnationi addicit, his iusto quidem & irreprehensibili, sed incomprehensibili ipsius iudicio vitæ aditum præcludi.* Quæro ex prædicante, quod est iustum illud iudicium sed incomprehensibile Caluino, quo reprobos damnat Deus Calvinisticus? non sanè illud, quo præuiso iam peccato adiudicat peccatorem subsecuturis supplicijs, quia comprehensibile est rationiq; humanæ cõforme, quæ dicitur, vt qui peccauit, etiam puniatur. Erit ergo iudicium illud decretumq; quo ante præuisionem omnis peccati hominem destinauit ad supplicium. Exprimit idem illud  
ibid.

Affum-  
ptionis  
probatio.  
10



ibid. c. 22. vbi cum §. 1. eam explofisset sententiam, quæ tradidit illos à Deo in filiorum locum cooptari, quos sua gratia non indignos fore præcognofcit: at mortis damnationi deuoueri quorum ingenia ad malitiam & impietatem propensa despicit, fubdit §. 3. *vbicunque regnat hoc Dei placitum nulla in confiderationem veniunt opera*: quod deinde apertius euoluens §. II. *vides, ait, vt in folum Dei arbitriũ vtrunq;* (electione & reprobationem) *conferat? Ergo fi non poffumus assignare rationem, cur fuos misericordia dignetur, nifi quoniam ita illi placet, neq;* etiam in alijs reprobandis aliud habebimus, quam eius voluntatem extra quam nihil caufe quarendum. Ex his luce meridiana clarioribus, licet, vt hoc pacto argumẽtemur fecundum Caluinum: quo modo Deus fe habet in electione faluandorum, ita etiam fe habet in reprobatione damnandorum, at electio fit ab eo ante præuifionem & confiderationem omnis operis boni, vt §. 3. affirmari à Caluino prædicans concedit, ergo etiam reprobatio fit ante præuifionem omnis omnino operis mali. Quod autem Vorftius Bellarmino lib. 2. de gratia impium Caluini dogma affricare conatur, facit in eo hæreticorum more, nihil non deprauantium, quia Bellarmini contradicentis Caluino c. 16. (quem locum notare illi non libuit) hæc funt clariffima verba: *reprobationem iuftiffimam cõtra Caluianos* (audi Caluiniane falfarie & erube-

Defenditur Bellar. cõtra prædicantem.



sce) defendere cogimur, qui cum homines ante præuisionem peccati ad peccatum, & mortem eternam prædestinatos esse contendunt, cū ipsa Dei iustitia pugnant & omnia hominū scelera in Deū authorem refundunt. Nō ergo, vt putat Prædicans, Bellarm. loquitur de destinatione reprobrū ad interitum ante præuisum originale peccatū, de quo cōtra Calvinū differimus, sed de reprobatione post præuisionem sceleris ac labis à primis parentibus transfusæ: Quando iam totū gēnus humanum diuino intellectui obijciebatur, velut massa perdita è qua clementer alios extolleret ad gloriā, alios iusto iudicio in ea relinqueret ad pœnam. Idem Augustinus, Prosper, Bernard. D. Thomas cum suis affectatoribus (quos citat prædicans) voluerunt. Sed stupor prædicanticus non intellexit subtilitatem distinctionis Scholasticæ. Nec illud filendum prædicantem sibi hac in re non cōstare. Nam

§. 43. inquit. *Et tamen si de reprobatione illic apud Calvinam ageretur, certè ex natura contrariorum tandem omnino consequens esset, vt si illa (electio) dependet à solo Dei beneplacito, hæc reprobatio ab eodem dependeat.* Quibus tamen mox §. 44. contradicit: *Libentius illis accedo, qui positiuæ reprobationi respectum peccati, vt causam aliquam includūt.* Ita intra paucissimas lineas vertiginoso capiti reprobatio positiuæ & cōtrariè opposita electioni, dependet à solo Dei beneplacito, & eadem ab eodē solo nō dependet, sed respectum

pec-

Contradi-  
 ctio prædi-  
 catica. Re-  
 probatio  
 positiuæ est  
 à nudo Dei  
 arbitrio,  
 nō minus  
 quam præ-  
 destinatio.  
 Et non est  
 a nudo Dei  
 arbitrio.



peccati vt causam includit. O dignū Helleboro & Antyciris caput, cui simul & respectu eiusdem idem est & nō est. Sed eandem assumptionem secundo probemus ex loco Caluini citato in thesibus, ex 3. Instit. c. 23. §. 2. *Homines nudo Dei arbitrio citra proprium meritū in aeternam mortem predestinantur, & ex c. 22. §. 3. Vbicunq; regnat hoc Dei placitū nulla in considerationem veniunt opera.* Ad priorem locū respondet §. 42. *malitiosè obiectionē apud Calu. assumptā pro responsione.* Sed in eo nihil alienū à suo ingenio facit: peruertit sensum Caluini & citantiū eius verba. Inspiciamus enim text. §. 1. *Mimè, inquit, cōsentaneum est, præparationē ad interitū aliō transferre quam ad arcanū consiliū Dei, idq; pbat plurib.* Repetit idē illud mox §. 2. sed per modū exostulationis, aitq;: *Esse igitur cur exostulent homines cū Deo, si nudo eius arbitrio citra proprium meritū in aeternam mortem predestinantur.* Non est hoc obiectionem mouere & soluere, sed id qd dictum erat admittere, solumq; exostulare de crudelitate, ita præparātis ad interitum pro nudo suo arbitrio. Idem sequētia ibidem indicāt. Quod enim ad hāc exostulationem afferret §. 2. aliud non inuenit, quam *improbittatis esse, causas diuinæ volūtatis (vel nudi arbitrij) percontari; nefas esse imaginari causam vllam, vel aliquid quod antecedit Dei voluntatem: ipsam esse summam iustitiæ regulam. vbi ergo queritur, cur ita fecerit Deus (præparārit ad mortē hominem) respondendū, quia voluit. Quod si vltra pergās rogādo,*

Assumptio-  
nis proba-  
tio tertia.

Subterfu-  
gium præ-  
dicantis.

Confuta-  
tur.



cur voluerit, maius aliquid quæris & sublimius Dei voluntate, quod inueniri non potest. Hæc Calvinus abnuens planè aliquid (siue peccatum siue aliud quid) imaginandum, quod damnationis causam ostendat. Vt proinde, quas prædicans ex obscuris Caluini verbis format responsiones ad eam quam ipse sibi finxit moueri questionem, eæ nihil ad summam rei faciant.

## CAPVT VII.

*Vt prius & posterius in diuinis  
detur?*

**P**Rædicans vt magis perspicuum efficeret stuporem suum §. 40. ait *quæ coætæna sunt ea certè simul sunt & proinde neutrum horum (decretum & præscientia) præcedit, neutrum sequitur.* Quid autem postea? audi & demirare hominis subtilitatem: Ergo voces istæ: *ante præuisa peccata, prius tulit sententiam, aliâq; id genus ineptè à Iesuitis vsurpantur, cum antè, & prius sint aduerbia temporis, durationisq; ordinem significant, aut si ordinè naturæ per ea indicare velint, fraudulentè agere deprehendetur & sibi aduersari.*

Spectatum admisi risum teneatis amici.

Meus prædicans theosophus & probè versatus videri vult in Molina & Suarez, eosque laudat vt suæ sententiæ approbatores. Sed errat, & quidè prædicantissimè & crassissimè.

Neq;



Neq; enim apud Theologos duo tantum isti modi sunt priorum & posteriorum tempore ac natura, sed sublimius euecti etiam prioritatem quandam agnoscunt, vt loquitur Molina in 1. part. D. Thomæ ad quæst. 14. art. 13. disp. 18. membro 1. secundum nostrum intelligendi modum cum fundamēto in re, in qua prioritate non datur instans vel naturæ vel temporis, in quo sit vnum & non aliud, sed propter dependētiam attributorum actuum ue diuinorum à se inuicem vel ab alio, concipitur à nobis appositè vnum prius altero. Aeternum cogitamus Deum propterea quod intelligamus immutabilem, & omnis vicissitudinis obumbratę expertem: immutabilem autem concipimus, quia agnoscimus eum actum purum, in quem non cadit potentialitas. Esse actum purum hac ratione & modo intelligendi humano, est prius quam sit esse immutabilem, & hoc quàm sit esse æternum. Quod si necdum hæc capis, accipe aliud exemplum. Vt explicemus mundi huius molitionem dicere solemus, Deum prius respexisse ideas rerum & modum fabricandi mundi agnouisse, posterius autem voluisse fabricare, & ad extremum voluntatem etiam ad effectum deduxisse. Non ignoramus ipsos intellectus voluntatisque actus in Deo fuisse æternos, sed quod actus voluntatis apprehendatur vt supponens actum intellectus, hunc illo priorem dici-

Quo modo vnum alio sit prius.



dicimus, disputamusq; cum Theologis vtrum præuisio peccatorum vel electio aliqua antecedit prædestinationem, vtrū prædestinatio Christi sit facta ante præuisum Adæ lapsum vel post. Finitas angustiaq; intellectus creati faciunt, vt numen infinitum, & quæ ei competunt, multis conceptibus cogamur apprehendere. Lege Molinam aliquanto accuratius quàm adhuc fecisti in loco cit. & ad quæst. 23. artic. 4. & 5. disp. 1. Membro 7. Suarez Tomo 1. in 3. D. Thomæ & de Deo trino & vno. Theologos Scholasticos in 1. Magistri sententiarum d. 14. & in 3. d. 7. ne semper, vt cæcus de coloribus agas. Sed hic ego iterum tuam requiro sapientiam, qui finem non facis tibi contradicendi: peccârunt Iesuitæ, quod vsi sint vocibus, prius & posterius, & ipsemet ijs quoad rem significatam vteris. Nam §. 41. vis præscientiam propriè dictam sequi actum liberæ voluntatis in Deo. Si sequitur ergo ipsa est posterior, actus autem voluntatis liberæ est prior. Est igitur in æternis, etiam te iudice prius & posterius, vnumque præcedit & alterum sequitur. Vel igitur tuum ipsius loquendi modum criminare, vel Iesuitas tecum calumnia libera. Quod vbi feceris, hanc iterum contradictionem in tuis dictis expedire poteris. In disput. 5. de Deo, thesi 14. 15. 16. & 17. triplicem Dei scien-

Contradi-  
ctio Vor-  
stiana.

Alia con-  
tradictio  
Vorstiana.



scientiam constituis, necessariam, liberam, mediam. De necessaria (quam simplicis intelligentiæ nostri vocant Scholastici) scribis quod Deo simpliciter sit naturalis omnem liberum actum voluntatis ordine naturæ antecedens, qua Deus seipsum & quicquid naturali necessitate in se continet, non nisi vno immutabili modo intelligit. Liberam defini, quæ liberum voluntatis actum sequitur, qua nouit quicquid extra se facit, aut permittit, vel facere permittereue decreuit. Hanc etiam visionis scientiam vocant Theologi Catholici. Mediam denique appellas, per quam Deus ex hypothese nouit tales euentus futuros, si tales causæ ponantur. Hæc ut à Molina Catholicisque emendicata sunt, ita pessimè cum ea tua Calvinistica doctrina q. 41. tradis conspirant. Sic enim progredieris §. 41. *Nihil certò potest sciri, nisi quod certò futurum est. nihil autem certo futurum est, nisi quod certam & immutabilem sui causam habet, ergo infallibilis rerum prescientia supponit aliquem actum voluntatis dictæ.* Non morabor in functionum istarum falsitate retexenda. Hæc tantum quæro: primò, an infallibilis non sit in Deo scientia rerum possibilium? at ea etiam te censore non sequitur liberum voluntatis actum. Rursum quæro, num infallibilis non sit scientia in Deo rerum ex hypothese futurarum? Atq; nec illa prior est actus aliq; diuinæ volûtatis,



vt in citata thesi 17. fateris, cum ais, eam partim necessariam, quia liberum actum voluntatis anteit, partim liberam, quia includit hypothefin voluntatis indeterminatæ, & velut adhuc pendentis (siue nondum in actum prorumpentis). Non hæc aptè cohærent inter se; infallibilis rerum scientia præsupponit actum voluntatis in Deo, & eadem non præsupponit actum voluntatis in Deo. Neq; est quod clames: explicent igitur Iesuitæ quomodo præscientia futurorum cōtingentium in Deo infallibilis esse queat absq; præuio Dei decreto: quia id iam explicuit, alijs silentio prætermisissis, Franciscus Suarez in opusculis lib. I. de absoluta scientia futurorum contingentium cap. 8. cuius opusculi cum citas cap. 5. pro tuo deliramento stabiliendo, manifestam viro calumniam facis; vt qui cap. 5. nō de præuio tuo decreto somniet, sed doceat Deum nō cognoscere hæc futura in sola suæ scientiæ efficacitate, & mox cap. 6. contra te ex professo tractat pluribus, ex decreto æterni diuinæ voluntatis non sumi sufficientem rationem huius scientiæ. Nisi lithinus prædicans esses, poteras erubescere de tam euidenti mendacio. Sed iam quasi omnia probè gesseris nō cessas rogare; quomodo igitur Deus futura certò præscit? Obsecro te qui caput quintum huius authoris legisti, nunquam ne ad octauum etiam pertingere potuisti? vt saltem inscriptionem

Prædicantia & pu-  
nica fide  
citatur Sua-  
rez.



nem capitis aspiceres, cognoscereſque Deum futura iſta cognoscere per ſimplicem intuitum rei quæ futura eſt in ſua temporis differentia. Verum longius ab argumento ineptijs prædicanticis abducti ſumus, ad lineam reuertamur.

Vt Deus futura contingentia prævideat.

CAPVT VIII.

*Deum patrem Calvinianum præcipitare hominem in peccati culpam, vt poſſit tyrannicè infligere pœnam.*

**T**ertium principale in theſi argumentum 3. Argum.  
 eſt: Non patris ſed vitrici tyranniſque eſt, miſerum hominem, & per ſe vim ei occultam adhibendo, & per Sathanam, furori eius habenas laxando, in culpam & peccatum præcipitare, vt æterna ipſum pœna poſſit affligere. At Deus Calviniſticus & per ſeipſum & per Sathanam hominem præcipitat in peccata, vt habeat culpam quam puniat. Deus igitur Calviniſticus eſt vitricus & tyrannus. Prima propositio ex ſe euidentis declaratione non eget, ſecundam probat theſis 3. ex Caluino 1. Inſtit. ca. 18. §. 1. dicente: *Scimus Sathanam ſe coram Deo ſiſtere ad excipienda iuſſa, non minus quàm Angelos: nec quid aggredi niſi volente Deo, cuius cū certo mandato mittitur, vt ſit Spiritus mendax in ore prophetarum, &c.* & lib. 2. cap. 4. §. 5. Probauit idem ante Martinus Becanus cap. 2. 9. 10. & alibi diſp. de  
 E autho-



authore peccati, & cap. 3. de prædestinatione, vt superuacaneum sit plura hanc ad rem argumenta è Caluino accumulare. Tantum ea quæ è Caluino adducta sunt loca à calumniatore prædicante vindicabimus. Si tamen prius hoc supposuerimus, Deum istum Calvinianum ab æterno prædestinasse lapsum Adæ, vt haberet occasionem ostendendi suam misericordiam in condonando, iustitiam vero in plectendo. Rotundis id verbis differuit Beza in colloq. Mompelgardensi, fol. 537. & seq. & anteced. vbi tanquam Mercurius quidam (sic enim Smidelinus ridet ibi Hugonottum) cælo dimissus ab alto, postquam reuelauisset Deum in æterno consilio suo, primum cogitasse de creando homine, vt misericordiam in saluandis, iustitiam in damnandis ostenderet; addidit, ad hunc finem fuisse Deo necessarium, vt primus parens cum tota posteritate in peccatum incideret, atque ita omnibus constitutis in peccato alijs misericordia, alijs iustitia contingeret. Itaque Deum fecisse alterum decretum quo absolutè voluerit & ordinârit, vt Adam cum posteris peccaret. Quod his verbis inculcat Beza, idem cum eo sentit Magister ipsius Caluinus 3. Instit. cap. 21. 23. 24. Verbis à Becano citatis cap. 2. disput. citat. His ita suppositis, dicimus Deum Calvinistarum eos, quos æterno consilio decreuit condemnare, partim occulta vi proijcere in pec-

Deus Calvinisticus vult mederi, hoc vt possit, absolutè vult omnes vulnerari.



in peccata, partim ad id Sathanæ vti opera. Prius de occulta vi, perspicuè manifestant hæc Caluini verba lib. 1. c. 18. §. 4. *agit homo iusto Dei impulsu, quod sibi non licet.* Rogo enim ex prædicante, quid est hic Dei impulsus? nihilne vel aliquid? si aliquid, occultumne id est, an manifestum? vísne aliqua & quidpiam efficax est à Deo volente profectum? quid hic refugit ad latebras prædicans, & locutionem Caluini §. 51. & 52. asperam, duram, incommodam claudit? ex verbis de sensu Caluini iudicamus, nec ambigimus, quin eum simus affecti. Nam recordamur 3. Instit. ca. 23. §. 1. *preparationem ad meritum in arcanum Dei consilium transferri §. 4. Dei voluntate §. 6. eius nutu euenire omnia §. 7. ideo præsciuisse hominem lapsurum, quia decreto suo horribili sic ordinat §. 9. ex Dei ordinatione hominibus peccandi necessitatem injici §. 4. Dei voluntate vniuersos filios Adæ in presentem conditionis miseriam decidisse.* Hanc preparationem ad exitum, hunc nutum & Dei voluntatem, hanc peccandi necessitatem, quæ à Calviniano Deo infertur, arbitramur non fieri absque aliqua vi occulta & concursu qui incitet, moueat, necessitet ad omnia vitiorum genera humanum genus. Quod autem iterum decurrit prædicans ad iudicium pœnale in his peccatis, & ad alia antè confutata, nihil eum iuuat. Instituto enim nostro satis est, hominem à Calviniano Deo impelli ad id, in quo peccat. Posterius

E 2                      autem

Deum Caluino occultam vi proijcere homines in peccatum.

Prædicans Caluini locutionem, rodit.



Deū Calu.  
Sathanam  
pro instru-  
mento v-  
surpare ad  
trahendos  
homines  
in peccata.

Sathan tra-  
hit efficaci-  
ter in erro-  
rem Dei  
iussu.

Sathan ac-  
cipit man-  
datum de-  
cipiendi.

autem de opera instrumētaria Sathanæ à Deo Calvinistico requisita ad impellendū hominem, lucidius ex citatis in thesi Caluini testimonijs patescit, quàm vt ambagibus prædicatoricis possit inuolui. Neq; est crimen falsi vt opprobras, breuitatis causa coniungere diuersas sententias prætermisissis interiectis. Quis enim cogat alium omnia transcribere, vbi duas alicunde sententias mutuatus fuerit: aut cur non liceat, si libeat, centonem hinc inde connexis aptè versibus ex aliquo authore conficere, vt ex Virgilio Proba Falconia, Capilupus, & alij fecerunt? At falsauimus mentem Caluini? in quo? Dicitur in thesi Deum Caluini nō permittere tantum cacodæmonibus, vt propellant hominem in peccata, sed id etiam ijs iniungere. probatur id primum ex eo, quod Calvinus reiecta nuda permissione dicat (ex primo capite Iob ad suam blasphemiam detorto) eos nihil aggredi posse, nisi volente Deo, & authore, cuius Sathan non ideò tantum fit minister, quod inimicos ad malas cupiditates sollicitet: sed & quia efficaciter eos trahat, Deiq; mandato suis imposturis ita illaqueet, vt ratione priuati in errorem necessario trahantur, prout loquitur de æterna prædest. p. 1001. Quod hic mendacium Iesu fuitis pseudoprophetis (vt ais) suggestum? Iterum id confirmatur ex eo, quod Calvinus scribat de Sathana Achab decipiente: mittitur cum



cum certo mandato vt sit Spiritus mendax, &  
 an certum dare mandatum decipiendi, nō est  
 iniungere vt decipiat etiam te ipso teste, dum  
 vis disertè Deum id Sathanæ præcepisse? po-  
 stremo idem in thesi ostenditur ex 2. Instit. c.  
 4. §. 5. Vbi dum agit de Sathanæ ministerio in-  
 tercedente ad reprobos instigādos, ad id pro-  
 bādum assumit *Sathanam in Samuele vocari Spi-  
 ritum Domini malum.* cur autem? *quia ad eius nu-  
 tum potentiamq; respondet instrumentum magis ipsi-  
 us in agēdo, quam à seipso author.* quid in hoc item  
 delicti? an non iniungitur ministerium mini-  
 stro, vel author non impellit instrumentum?  
 Non hæc negare potes prædicans, vt qui scri-  
 bas: *sanè nimis hic frigidum esset id de nuda Dei per-  
 missione interpretari, quod sacra litteræ tam disertè  
 à Domino profectum testantur.* Habemus igitur  
 confitentem aduersarium ac sublatis circui-  
 tionibus subscribentem Iesuitarum sententię:  
 quod Deus non permittat solum, sed etiam in-  
 iungat secundum Calvinum Sathanæ, vt ho-  
 minem in peccatum propellat, Deinde & hoc  
 eadem animi promptitudine & ratione con-  
 cedentem, etiam Sathanam sub specie serpen-  
 tis in Paradiso, non sola permissione, sed &  
 Dei voluntate & nutu primos parentes dece-  
 pisse. Vt proinde fulcrum illud ficulneum  
 parum prædicanti possit esse adminiculo de  
 iusta punitione quam intendat Deus, dū vult  
 decernitq; vt Sathan illudat homini, eumque



Deus non potuit vel. le primum Adæ peccatum ut peccatum alius peccati prioris.

in peccatum deturbet: nisi fortè ita deliret prædicans, vt opinetur primo Adæ peccato à Diabolo ingesto aliud fuisse prius, cuius sit punitio hoc quod dicitur omnium primum.

## CAPVT IX.

*Deum Patrem Calvinistarum iubere vt fiant, quæ facta tyrannicè puniat.*

Argum. 4. **Q**uartum argumentum. Crudelis tyranni est hominem propter id punire, q̄ ab eo voluit absolutè fieri, quodque nõ potuit non facere. At Calvinisticus Deus punit hominem propter id quod ab æterno voluit, decreuitq̄; ab eo fieri, quodq̄; homo non potuit non facere (quis enim diuinæ voluntati decretoque resistat?) Calvinisticus igitur Deus crudelis est tyrannus. Tota hæc ratiocinatio liquida est, si minorem illustres firmesque verbis Caluini in 4. thesi positus ex 3. Inst. c. 23. §. 9. *Excusabiles peccando haberi volunt reprobis, quia euadere nequeunt peccandi necessitatem; præsertim cum ex Dei ordinatione sibi iniiciatur huiusmodi necessitas. Nos vero inde negamus ritè excusari.* Sed respondet prædicans §. 54. eo loci Caluinum agere de reprobis. At hoc vim argumenti non elidit, quia tyranni est eum nõ excusare à peccato (siue sit reprobis siue alius parū interest) quem necessitate quadã inuitabili ipsemet cõiecit in



in peccatum. Ergo si reprobos cōcedit in peccandi necessitate à Deo conijci, vt non possint euadere (prout necessario debet concedere, eo quod Caluino loco cit. §. 8. *voluntas Dei sit rerum necessitas, idq; necessario futurum est, quod ille voluerit*) etiam reproborum respectu Tyrannum Deum Calvinianum faciet. Respondet 2. *Euasio.* 'Etsi homo velit faciatq; quod vult Deus Calvinisticus, id tamen eum non velle eo fine & modo quo vult Deus. Sed nec hoc difficultatem subleuat propositam: tum quod finem illum modumq; quò actum peccati fieri vult Deus, scire homo nulla prorsus ratione possit, ideoq; per ignoratiam inuincibile merito excusetur, si modum illum quem Deus tenet non seruet; tū quod Absolon hac ratione excusatus foret à fœditate suarū libidinū, si nouum hoc Caluini Euangelium sciuisset, cogitassetq; se Deo volente & ordināte incestum commissurum, nō vt suæ satis libidini faceret, sed vt absconditę Dei voluntati impulsuiq; obsequeretur; tū deniq; quod qui asserit Deum velle hoc vel illo modo adulterium, homicidium, blasphemiam, Deum cōcedat ea scelera velle quæ vetat & non vult in Decalogo expressè. Respondet tertio: non dicendos facere voluntatem Dei, quibus ea reuelata non est in verbo æterno, nec per suggestionem æternam. esto reipsa faciant quod vult ab æterno DEVS. Verum & ea frivola est responsio. *Confutatur 1.* Primo, quod in lege *Confutatur 1.*



naturæ dicti fuerint facere voluntatem Dei, etsi fuerit ea manifestata non per verbum Dei scriptum (quod ante Moysen nullum erat) nec per æternas suggestiones, vt quæ nullæ æternæ, sed omnes temporariæ existebant. De-

**Dilemma.** inde peto, an voluntas illa Dei abscondita, quam Calvinistæ inducunt, sit in scripturis reuelata nec ne? Si est, ergo qui eã exequitur iã à Calvinistis reuelatã, facit voluntatẽ Dei reuelatã, & furando, scortãdo, atq; alijs modis peccando, nõ peccat, eo quod cõtra voluntatem Dei æternam reuelatã nihil committat. Sin autem reuelata non est, vtiq; etiam ipsis Calvinistis credenda recipiendaq; non est, vt quibus nihil est fide tenendum, quod in sacris literis non sit suggestum.

**Euasio 4.**

**Confutat.**

Respondet quarto: Ea Caluini verba in forma obiectionis esse posita. Sed refellit hoc effugium Calvinus in §. præcedenti. *Nunc vero, ait, si pro sua, & impiorum excusatione vel Pelagiani, vel Manichæi, vel Anabaptistæ, vel Epicurei necessitatem, qua ex Dei prædestinatione constringuntur, obijciant, nihil afferunt ad causam idoneum.* Idq; pergit ostendere. Refellit idem verbis in thesi citatis posterioribus, cum inquit: *Nos vero inde, (ex prædestinatione & ordinatione ad peccandi necessitatem) negamus ritè excusari, quandoquidem Dei ordinationi sua constat æquitas, nobis incognita.* Manet igitur adhuc inconcussum, Caluini Deum id punire in hominib. in quo voluntatẽ eius sunt secuti, quodq; necessario perficere debuerunt. CA-



## CAPVT X.

*Deum Patrem Calvinistarum impossibilia  
ab hominibus tyrannicè  
exigere.*

**Q**Vintū argumentum. Nemo nisi tyrānus, **Argum. 5.**  
quiq; leges suas, non atramento sed fan-  
guine humano scribi velit, mandata constitu-  
tionesq; præfigit prorsus obseruatu impossi-  
biles. Præfixit vero Deus Calvinisticus legem  
homini per gratiam prorsus impossibilem 2.  
Inst. c. 7. §. 5. quod impossibilem legis obserua-  
tionem diximus, &c. vide thesin 4. & Becani  
disp. de duplici iustitia c. 1. §. 4. vbi copiosius  
hanc rem examinat. His autem positis quid  
superest est aliud, quam vt Caluini Deus sæ-  
uissimus proclametur tyrannus? Videas ad  
hoc argumentum prædicantem huc illucque  
feræ instar in angustijs deprehensæ circum-  
spicere, & modo legem Dei gannire impossi-  
bilem homini suis viribus nixo, gratiaque Dei  
destituto: modo eandem concedere possibi-  
lem, sed ab ordinaria Dei gratia instructo; nõ  
tamen ita perfectè possibilem, vt per eam co-  
ram Deo possit iustificari: tum verò vt bla-  
spphemum ad extremum exsibilare, quod per  
quantamcunq; gratiam secundum Caluinum  
mandata Dei Calvinistici dicantur non posse  
adimpleri. De primo nihil vnquam Catho-  
lica

Effugia  
prædicant  
tica 1.

2.

3.

Præclu-  
duntur.  
Ad 1.



lica dubitavit Ecclesia execrata heresiarcham Pelagium, cui liberum arbitrium sufficiens ad  
**Ad 2.** perficiendam legem est visum. Secundum ad rem nostram modo non pertinet, validisque argumentorū neruis loco citat. à Becano conu-  
**Ad 3.** uellitur. Tertium vt præsentī disputationi propositum & à prædicante duplicis mendacij insimulatum non nihil ventilemus. In the-  
 si est, datam legem homini secundum Caluinum, quam nec per gratiam Dei quantamcun-  
 que possit iuxta Caluinum seruare. Prædicantem vox Quantamcunq; offendit §. 57. seq; palam à Caluino diuertium facere iam nunc

**Legem Dei** profitetur, si id docuisse fuerit conuictus. Cō-  
**Caluinisti-** uincamus igitur nec per gratiam Dei, nec per  
 ci nō posse gratiam quantamcunque (qualis haud dubiè  
 adimpleri maxima B. Apostolis & lectissime matri Chri-  
 per gratiā sti fuit data) legem posse perfici, vt ab errore  
 quantam- ad veritatem, à luporum caulis & latibulis ad  
 cunq; datā ouilia Christi, prædicantem pertrahamus. Nec  
 vnquam opus est vt lōgè abeamus: ascribemus locum  
 puris ho- citatum ex lib. Inst. 2. c. 7. §. 5. *Quod impossibilem  
 minibus. legis obseruationem diximus, id est paucis verbis expli-  
 candū simul & confirmandum. Solet enim vulgo (Ca-  
 tholicis opinantibus per gratiam Christi esse  
 legem possibilem) absurdissima sententia videri:  
 vt Hieronymus (& alij Patres apud Bellar. c. 12. li.  
 4. de Iustific.) non dubitârīt anathema illi denun-  
 ciare. Quid visum sit Hieronymo) imo alijs omnib.  
 veteribus) nihil moror. Ne vero impossibile aliter  
 interpreteteris adiungit: *Impossibile appello,  
 quod**



quod nec fuit vnquam, & ne in posterum sit Dei ordi-  
 natione & decreto impeditur. Si ab vltima memoria  
 repetamus, neminem sanctorum extitisse dico, qui cor-  
 pore mortis circumdatus ad eum dilectionis scopū per-  
 tingerit, vt ex toto corde ex tota mēte, ex tota anima,  
 ex tota potentia Deum amārit, neminem rursū qui  
 non concupiscentia laborārit. Ex his tametsi falsis  
 egregieq; à Becano confutatis, ita secundum  
 Caluinum in gratiam prædicantis argumenta-  
 mur. Illud Caluino per quantamcunque gra-  
 tiam nō potest adimpleri, quod impossibile  
 cēsetur, quodq; ad tēpora vsq; Caluini adim-  
 pletū non fuit vnquam, nec adimplebitur per  
 gratiam, vel dandam vllis posteris, vel datam  
 Apostolis abundantissimè ipso die Penteco-  
 stes, & in primis carissimæ Christi Matri Vir-  
 gini. At lex Dei Caluino cēsetur impossibilis,  
 & per gratiam hætenus datam vel dandā ho-  
 minibus non fuit vnquam adimpleta. Cōstat  
 id ex cōceptis verbis iā positis è Caluino: qui  
 repetit idem in antidoto Concilij Trid. sēs. 6.  
 c. 12. cum inquit, *mibi abundè sufficit neminem* (non  
 matrem Christi sanctissimam, nō organa Spi-  
 ritus sancti lectissima Apostolos) *extitisse vn-*  
*quam, qui legi Dei satisfecerit, nec vllū posse inueniri.*  
 Et vt agnoscas eum loqui de gratia instructis  
 addit: *Prophetas & Patriarchas & pios Reges vt-*  
*cunq; Dei spiritu adiuuarentur ferendo legis iugo pa-*  
*res non fuisse.* Rursū Deum nō amare ex tota  
 anima, laborare cōcupiscentia, nullū nō opus  
 inquinatū edere, est cōtra legis obseruationē.

Quid im-  
 possibile sit  
 Caluino.

Caluino  
 nullus legi  
 Dei vnquā  
 satisfecit,  
 ne quidem  
 Apostolus.

At



At Caluino impossibile est circumdatum corpore mortis, siue Prophetam, siue Regem secundum cor Dei, per quantamcunq; gratiam vel amare Deum ex tota anima, vel carere concupiscentia, adeoq; impossibile est *ab homine quantumuis* (Nota bene Prædicans) *perfecto exire opus, quod non sit aliqua macula inquinatū.* 3. Inst. c. 15. §. 3. Consequitur igitur, quantamcunq; homo gratiam obtineat, siue ea sit ordinaria iustorum, siue extraordinaria Prophetarum, siue superabundans Apostolorum ac D. Virginis, adhuc legem illi remanere impossibilem, adeoq; veniendo contra legem semper peccare mortaliter, si modo verum est illud 2. Instit. c. 8. §. 58. *Qualicumq; legis transgressioni maledictionem Dei semper incūbere.* Quin iā à Caluino tuo, mi prædicans, diuortiū facis? Quin nunciū ei remittis? habes probatum è Caluini principijs, quod desiderasti, fac nunc etiam tu, quod promifisti; iube valere Caluinum cum suo tyrannico numine.

## CAPVT XI.

*Deum Patrem Calvinistarum minimas lapsunculas punire prorsus tyrannicè pœnis grauissimis.*

**S**extum argumentū. Tyrannum censuerunt veteres Tamberlanum Scytham, non tam quod Baiazeten Turcarum principem bello captum caueæ inclusit, & catenis vinctum canis



nis instar comedere analecta iussit, quàm  
 quod militem qui pauxillum lactis mulier-  
 culæ suffuratus erat, trucidari mandârit, & a-  
 pertis intestinis lac epotum inde extrahi. Et-  
 iam in tyrannis numerârunt Herodem, non  
 in exteros tantum, sed & domesticos & libe-  
 ros (vt porcum se potius quàm filium Hero-  
 dis esse malle dictitare consueuerit Augustus  
 Imperator) leues ob causas defæuientem eo-  
 rumq; sanguine manus suas respergētem. Pro  
 tyrannis habuerunt Neronem, Domitianum,  
 Caligulam, aliaq; Imperij Romani portenta:  
 quod leuissimas ob culpas multos honesti or-  
 dinis, prius stigmate deformatos, ad munitio-  
 nes viarum, ad metalla, ad bestias condemnâ-  
 rint, aut bestiarum more caueis coërcuerint,  
 vel medios ferris dissecuerint. Tyranni cru-  
 deles ab omni semper æuo iudicati sunt, qui  
 pro erratis minimis pœnas definiuere graui-  
 simas. Nihil horum non facit Calvinistarum  
 Deus. Ille inordinatorum lactis desiderio-  
 rum vindex est sub pœna mortis æternæ; ille  
 fermunculorū mille noxiorum, sed vel ludi-  
 crorum & iocularium, vel inconsideratorum  
 Rhadamante durior diriorque per æternas  
 flammâs punitor est: ille lapsiuncularum sin-  
 gularum ex humana fragilitate cõmissarum  
 infatiabilis in sempiternum castigatior est: ille  
 deniq; minimorum æquè ac grauissimorum  
 peccatorum ad æternâ mortem inferorumq;  
 tor-

Omnes la-  
 psus huma-  
 ni sunt  
 peccata  
 mortalia  
 Caluini-  
 stis.



tormenta deputator est: & nō sit tyrānus? non sit etiam hoc immanior, quā vllus vnquam extitit tyrānus, quo pœna æterna grauior est temporali? quo difficilior est cautio à peccato veniali? Sed occurrit prædicans num. 50. ex

Responſio  
Vorſtiana

Caluino *Sanctorum delicta* (abnegatio, abiuratioque Christi à Petro, homicidia in Latrone crucifixo cum Christo, persecutio Stephani & Ecclesiæ in Saulo)

Refutatur.

*venialia esse, quia ex Dei misericordia veniam cōsequuntur.* Sed præter rem est, hæc venialis peccati nomenclatura. Scimus enim si veniale sumatur pro eo, quod veniā im-

Quid sit p  
prie venia-  
le peccatū.

petrat; ita omnia, etiam in cælum clamantia peccata, dici posse venialia in ijs qui ad Deum cōuertuntur per pœnitentiā. De leuiculis & venialibus, ex obiecto, ex surreptione, ex alijs circūstantijs agimus de quib. Bellar. li. i. de amiss. gratiæ c. 9. 10. 11. ppter hæc æternæ morti fragilē hominē iubiocere tyrānicum cēsemus.

Obiectio  
Vorſtiana.

Sed instat prædicans num. 60. *omne peccatum ex natura sua spectat ū* (apud Deum Calvinistarum) *mortem mereri æternam, & proinde non excipienda etiam minima.*

Solutio.

Omnino hoc ipsum est q̄ volebā, hoc est, quod in thesi asseritur. Mortē igitur æternam cōmeretur non minus Saræ risus Gen. 17. mendaciolū officiosum obstetricum Exod. 1. ociosa verbula quotidie cuiuslibet excidentia, quā odium parricidiumque Cain, Gen. 4. quā homicidium adulteriumq̄; Dauid 2. Reg. 11. quā Iudæ in Christum scelus proditioq̄; Et æquē sunt mortalia secundū se

Verbum o-  
ciosum æ.  
quē est  
mortale  
peccatum  
Caluinistis  
ac parrici-  
dium.

sumpta



sumpta bucellæ panis sumptio auidior largi-  
orq; saltatiuncula hilarior, aspectus incauti-  
or, atq; possint esse Adami flagitiū, quo om-  
nes posteros perdidit, Sodomæorū nequitia,  
cœlitus igne punita, obmurmuratio Core, Da-  
than, & Abiron. Quis propter hoc carnificem

non Dicat Deum Calvinistarum? quis nō eum  
crudelissimis tyrānis crudeliorem exclamet?

2. Obiectio  
prædicatis.

Quod opponat: *Stipēdium peccati mors* Rom. 6.

respondebimus ei cū veteribus omnib. inter-  
pretibus, nō idem esse stipendium peccati, &  
stipendiū omnis peccati. Prior indefinita est

Solutio.

& vera, quia stipendium peccati mortalis & o-  
riginalis mors est, posterior vniuersalis & fal-  
sa est, nec ab Apostolo intēta, vt cui sermo sit

de peccato ab vno homine ad posteros deriua-  
to, & de onere ab adultis Romanis per baptis-  
mum deposito. Suspendium furti pœnam esse

A simili.

in lege nemo nescit, at nō ob id suspendiū om-  
nis furti (puta teruncij vel cassæ nucis) est pœ-  
na. Sic etiam anima, quæ peccauerit (nō quo-  
cunq; modo, id enim Ezechiel c: 18. nō expri-  
mit, sed quæ peccauerit ad mortem, & ex con-  
tēptu Dei, & mādatorum eius) ipsa morietur.

Obiectio 3.  
Solutus.

Quæ omnia ita esse Iacobus c. 1. à prædicāte ci-  
tatus pro nobis cōtra ipsum ostēdit. Sic enim

Obiect 4.  
retorta cō-  
tra prædi-  
cantem.

habet. *Vnusquisq; tentatur à concupiscentia sua ab-*  
*tractus & illectus* (in qua tētatione necdū pecca-  
tū ab Apostolo exprimitur) *deinde cōcupiscentia*

*cū conceperit parit peccatū* (attende progressum à  
primo

primo



primo motu ad voluntariam in eo moram & complacentiam aliquam) *peccatum vero cum consummatum fuerit*, (deliberato consensu voluntatis approbatum) *generat primum mortem*. falsum igitur, quod antequam consummetur, mortem generet. At etiam antè quàm cōsummetur est peccatum, eaquē causa ab Apostolo ante consummationem etiam peccatum dicitur. Datur igitur peccatum Apostolo quod mortem non generet, sicut & datur Christo aliqua animi aduersus proximum motio, quæ non statuat hominem reum gehennæ ignis, etsi interim ipsum non eximat à iudicio consiliouē, qui vel irascitur, vel Racha dixerit, Matth. 5. Vide Bellarm, lib. 1. de amiss. gratiæ c. 9. Agnoscit scripturâ hanc peccati venialis & mortalis distinctionem, agnoscit eandem omnis vetus & vera philosophia, agnoscunt illam vniuersæ respubl. quæ delicta ciuium populiq; non omnia esse digna mortis supplicio norunt, sed eorum aliqua propter leuitatem ipsorum reprehensione, multâ, virgis, exilio, vt sufficiente & iusta pœna plectunt. Vnicus Calvinianus Deus, & scripturæ, & Philosophiæ, & Politicæ omnis ignarus, errata omnia minima maxima æterna morte iudicat prædicante concedente dignissima. A deo vt puniret puerum æternis supplicijs, si quis esset mortuus, in quo non nisi vnici tantum verbi otiosi reatû deprehenderet, vel alicuius motus

Calvinianus Deus mortuū in culpa verbi otiosi in æternum damnat.

tus



tus rationem præuenientis iudiciū reperiret. De hoc tamen posteriore disputat, §. 61: prædicans, & negat cupiditates omnem deliberationem antegressas esse Caluino verè malas. Sed hanc eius impudentiam Caluini verbis ad longum positis retundamus, quæ lib. 2. Instit.

c. 8. §. 58. sic habent: *pupugit nos aliquod animi desiderium? iam concupiscentiæ rei tenemur, & simul iustum mur legis transgressores. Quia Dominus non tantum deliberare & machinari, quod sit in iacturam alterius, vetat, sed & concupiscentiæ stimulari & astuare.*

Pudet omnes intelligentes impudentis ignorantia, tuæ prædicans, qui loco Caluini per Iesuitas tibi digito quasi ostenso, eum vel non inspexeris, vel in eo intelligere non potueris, qd tibi velint primo (*pupugit nos*). Neq; enim, vt pungamur opus est antegressa deliberatione: deinde quid significet (*Dominus non tantum deliberare vetat*) quo deliberationem antegressam reiicit: ad extremum quid sit, quod *vetat stimulari & astuare*. Comminiscere quicquid libet, nunquam efficies, vt hæc Caluini tui oracula aliter interpretentur Latine lingue periti, quam primos concupiscentiæ motus, deliberationem præuenientes, quam æstum stimulosq; nature corruptæ, quam rebellionem carnis contra legem mentis, esse illi peccata mortalia ignibus digna

sempiternis.

Sentire  
prauas car-  
nis Satha-  
næq; sug-  
gestionis  
est peccatū  
mortale  
Caluino.

F CAPVT



## CAPVT XII.

*Specimen mendaciorum, quæ Iesuitis tribuit prædicans, in defensis iam thesibus.*

**Mentitur  
prædicans  
mentiri Ie-  
suitas 1.**

2.

3.

**A**nnotauit circa duas theses 3. & 4. iterum probè à nobis cõstitutas prædicans vndecim Iesuitica mendacia, sed planè gemella superioribus. Nam numerat, renumerat, duplicat, multiplicat perturbati sui cerebri figmenta ineptissima, quasi sint Iesuitica, vt ingentè accumulare possit mendaciorum aceruù quem in Societ. Iesu despuat. Hinc §. 39. patrem mutarum esse à Caluino in vitricum illi mendacium est Iesuiticum 18. palpabile, vt inquit, *manibus*. Ibid. mendacium eorum est 19. *Deum Calvinisticum ante præuisum peccatum originale quosdam homines ad mortem sempiternam destinasse sine vlla culpa præcognita*. §. 42. Mendacium 20. est sententiam Caluini esse, homines nudo Dei arbitrio, citra ipsorum meritum prædestinari ad aternam mortem. §. 45. Deum Caluinianum esse iniustum in eo, quod ante præuisam culpam definit poenam, hominemque deinde ad peccatum prædestinet vt in prædefinitam poenam incidat, mendacium est 21. §. 47. mendacium est 22. quod diuersa Caluini loca ad suum institutum cõiungant. §. 50. Deum mandare Sathane oppugnationem hominis (præsertim innocentis) ad malum culpa mendacium est 23. & quidem triplicatum, vt ait. §. 52. Mendacium est 24. quod Caluini phrasin de impulsu Dei impropriam & aliquatenus incommodam, vt loquitur, in sensum magis



magis incommodum & ab authore alienum  
 deflexerint. §. 53. Mendacium est 25. homines im-  
 probos aterna & secreta Dei voluntati & impulsui  
 facere satis, & tamen adhuc peccare. §. 56. men-  
 daciū 26. & quidem duplex & valde luculen-  
 tum est non posse Dei legem seruari per gra-  
 tiam quantamcunq; secundū Calu. §. 59. men-  
 dacium est 27. & hoc triplicatū à Caluini Deo  
 otiosis verbis & peccatis leuiculis constitutam  
 poenam mortis. §. 61. mendaciū & horrendum  
 maledictum est conclusio ex sex argumentis  
 indubitatis collecta, quod Caluini Deus sit ty-  
 rannus, & quidem Herode aliquo & Nerone  
 barbarior. Quid est prædicantes dementire, si  
 hoc est eos sapere? qd ineptire si istud est gra-  
 uiter de rebus cū aduersario dislerere? Vides  
 omnia explanata, probata, testata, quæ ab hoc  
 prædicante vt mendacia carpuntur; sed quia a-  
 liud obiectis respondere nō didicit, quā suum  
 illud agreste & Scythicū carmen: clamat men-  
 dacium, mendaciū, & ex certis falsa, ex verita-  
 tib. mēdacia metamorphosi quadā prædican-  
 tica efficit. Agnoscis credo Lector ex his Cal-  
 uinoprædicanticum ingenium, quod de Cre-  
 tēsi thesauro suo nihil aliud proferre potest,  
 quā putidissima mēdacia, quæ alijs impingat,  
 vt plurimos habeat sibi simillimos. Sed vale-  
 at cū suis figmentis prædicans toties ipse men-  
 titus adhuc, quoties Iesuitis mendacium affin-  
 xit; toties hallucinatus in suis cēsuris, quoties  
 hallucinatos Iesuitas voluit.

Vorstius  
 mera som-  
 niat men-  
 dacia.



## De Omnipotentia Dei Calviniani.

## THESIS QUINTA.

OMNIPOTENTEM. Corrige hoc, mutatisq; literis pauculis, vt consequentia aptè nectantur antecedentibus, fac ORCIPOTENTEM. Præterquam enim quod talè esse Deum iam descriptum, est necesse; etiam apertè Deum omnipotentem nō esse Calvinus asseuerat. Non illi Deus potest, licet extremum sua potentia exerat, licet sapientissimus Dei filius in cœna nouissima, contrà quam Caluino placuit, asserat, non tamen potest Christi corpus vel simul in cœlis collocare, & constituere sub specie panis ac vini in terris; vel ita infra aut supra cœtos omnes reponere in spatijs vacuis, vt non sit in loco, ac ambiatur superficie corporis continentis; vel sic presens efficere augustissimo sacramento, vt non æquetur, quantum viro debetur, loco. Cur non faciat Deus, (aiunt apud Calvinum orthodoxi, 4. Instit. ca. 17. §. 24. vt caro eadem plura, diuersaq; loca occupet, vt nullo loco contineatur, vt modo & specie careat? Respondet autem Calvinus: Ibid. Insane cur à Dei potentia postulas, vt carnem faciat simul esse & non esse carnem? nimirum, vt hoc Caluino Deus efficere penitus non potest, ita nec ista. Vt exiret æterni Patris filius Christus ex utero Virginis hunc in mundum Virginali claustro non aperto; vt prodiret è sepulchro lapide ad viam patefaciendam non diuulso; vt intraret ad Apostolos cum fores essent clausæ ostio penetrato; deniq; vt cum triumpho beatus iniret sedes cœlo

Calvinistę  
qui hanc  
potentiam  
cōcedunt  
Caluino  
insaniunt.



*Cælo non perforato, tam non potuit prestare Deus Caluino; Infra in sequentibus articulis. quàm cõdere non potest hominem, qui sit animal rationis expertus.*

THESIS SEXTA.

*Sed nihil hoc admirandum: siquidem Caluini-  
anus Deus non absolutam sed dependentem ordinari-  
amq; tantũ habet potentiam; idq; solum potest, quod  
re ipsa vult facere & facit: id autem facere nõ potest,  
quod non decreuit facere In Cat. breui ad artic. 1.  
hinc illud, 3. Inst. cap. 23. §. 2. Neque commen-  
tum ingerimus absolute potentię, quod sicuti  
prophanum est; ita merito detestabile nobis  
esse debet. Respexit hoc Beza contra Heshufium.  
illud Gabrielis Angeli ad Christi Matrem oraculum  
Luc. 1. Non est impossibile apud Deum omne verbum:  
nec credendum nec vniuersaliter recipiendum  
constanter propugnans. Idem post Caluinum &  
Bezam protestati sunt Parisiis in Colloquio Spina &  
Sureus (Feuardentius lib. 1. Theomachie) Came-  
lum siue funem nauticum per foramen acus transire  
posse pernegantes, ipsamq; veritatem mentitam fuisse  
volentes, cum ait: Matth. 19. apud homines hoc est  
impossibile, apud Deum autem omnia possible sunt.*

THESIS SEPTIMA.

*Quasi verò illi sit difficile panem in corpus; vinum  
in sanguinem Christi Domini commutare; cui facilli-  
mum fuit, mulierem viuentem in salis statuam; Gen.*



19. Virgam Moysis in serpētem; Exod. 7. aquas in vinum Ioan. 2. conuertere; ipsumq; nihil in cœlum, terram, omniaq; alia ex nihilo facta transfundere, aut quasi magis repugnet rationi, corpus vnum esse in pluribus locis; quam naturam vnā esse in tribus personis, reapse distinctis à se inuicem, sed non à natura; quā essentiam vnā Dei sine sui multiplicatione esse totam in pluribus simul mundis si forent, & totam similiter in singulis eorum; quā hypostasim vnā verbi diuini in duabus esse naturis perfectis dissimillimisq;, à quarum altera nihil sit re diuersum: quā animam hominis vnā, totam esse in toto corpore, & totam simul in pluribus, adeoq; in omnibus partibus, tanquam pluribus in locis, & nihilominus vnā in se permanere. aut denique quasi à corporea mole abiungere ne queat, vel ipsius per locum actualem extensionem, vel alterius corporis vt non sint simul duo, protrusionem; qui ab humana natura in Christo intimam humanitatis subsistentiam, ab undis maris rubri Exod. 14. & Iordanis Iosue 3. hinc atque inde murorum instar consistentibus, innatam ad ima defluendi propensionem à securi ferrea. 4. Reg. 6. & à B. Petri corpore super aquas harente & gradiente, Matth. 14. subsidentis grauitatis actionem; ab igne fornacis Babylonica Dan. 3. puerorum iniectorum adustionem, Luc. 4. à Christi corpore visibili ante & post resurrectionem Ioan. 20. omnem coloris ad circumstantium oculos diffusionem subtraxit, sustulitq; Qui hac & id genus alia potuit, quid est cur à quantitate effluentem occupationem loci cohibere aufer-

re q;



re<sup>q</sup> non possit? Iam CREATOREM COELI  
& TERRAE, reliquum est vt facias corruptorem.  
Sic enim iubet Caluini oraculum: voluntate Dei,  
quæ rerum est necessitas, cecidit Adamus, defece-  
runt Angeli. Lib. 3. Instit. c. 22 §. 8. 4. 6. 7.

## CAPVT XIII.

*Caluinistarum Deum non esse omnipoten-  
tem, quod idem in diuersis locis non  
possit statuere.*

**M**ulta de hoc argumento ex Catholici<sup>s</sup>  
Feuardentius lib. 1. Theomachia<sup>e</sup> Cal-  
uinistica<sup>e</sup>. idem persequitur cap. 14. de Deo  
Caluinistarum, Becanus; & è Lutheranis fusif-  
simè omniū explicat Slusselburgius, art. 3. li.  
1. Theologia<sup>e</sup> Caluinistarum. Sed opere pre-  
tium non est ea huc transferre, Theses à nobis  
propositas tuemur contra impudentia<sup>e</sup> mini-  
strum, mendaciorumq; architectū Vorstium,  
& proinde satis ad rem nostram erit, si argu-  
mēta in ijs insinuata explicemus, simulq; phi-  
losophiam prædicantis oculis omnium subij-  
ciamus, idq; breuius quam hactenus, ne tem-  
pus, charta, atramentumq; frustra cōsumamus  
in mendacissimis mendacijs nullo fructu enu-  
merandis & confutandis.

Illud aut principio sumimus, qd cū quæritur, Quid pos-  
sītne omnipotens, hoc vel illud efficere, sit omni-  
prius potens.



prius sit dispiciendum, an hoc illudue sit eiusmodi, cui fieri non repugnet ex se & sua natura. Neque enim ad omnipotentiam facit præstare, vt tria & quatuor non sint septem, vt homo non sit animal, aut non existat rationalis ac disciplinæ capax. quia hæc & his similia fieri repugnat, eò quod manifestâ inuoluunt contradictionem. Quod si enim est homo, vtique animal & quidem rationale sit necesse est. Sin autem animal rationale nõ est, nec etiam homo erit. Neque hæc negat prædicans §. 63. qui inde vim argumentorum perlibenter eluderet, si posset.

Argumentum I. Argumentum. Inferorum dominator cacodæmon nequaquam dicendus est omnipotens, sed orci potens. at Calvinistarum Deus est cacodæmon, iuxta principia à Caluino tradita, prout iam ante ca. 3. multis probatum est. Calvinistarum igitur Deus omnipotens non est.

Arg. 2. Argumentum. Eum nemo censuerit omnipotentem, qui multa ex ijs, quæ fieri possunt, perficere nõ potest. At multa sunt ex ijs, quæ fieri non implicat, nec tamen à Deo Caluiniano queunt perfici. Ille igitur neutiquam dicendus est omnipotens.

Probatio minores. Huius syllogismi minorem, de qua cum aduersario cõtrouersia est, astruunt theses luculentis scripturis & argumentis. 1. Christum in cœna nouissima dedisse corpus suum & sanguinem



guinem Apostolis manducandum bibendum-  
 que, vnum est inter ea quæ fieri potuerunt,  
 adeoq; re ipsa sunt facta. Sicut & verba Chri-  
 sti, quibus clariora afferri non possunt, & A-  
 postolorum traditio & Sanctorum Patrum,  
 qui scientia, innocentia vitæ, & miraculis cla-  
 ruerunt consensus, & vniuersa per Europam,  
 Asiam, Africam Ecclesia, Latini, Græci, A-  
 bissini sub Ioanne presbytero, Indi S. Tho-  
 mæ, Georgiani, Maronitæ, Suriani, Mozara-  
 bes, populiq; alij ante Hispanorum in Indias  
 veteres nauigationem, ignari Romani Ponti-  
 ficis semper contestati sunt, & etiamnum con-  
 tra Sacramentarios testantur. quo de argu-  
 mento Bellarminus li. 4. de Eucharistia. Gre-  
 gorius de Valent. in Analyfi & in 3. D. Thom.  
 tom. 4. disp. 6. q. 3. Suarez tom 3. disp. 46. Mal-  
 donatus in cap. 26. Matthæi, alijq; iam verò  
 vt Christi corpus vel olim in cœna datum sit  
 Apostolis, vel etiamnum detur Christi fide-  
 libus, Caluini Deus efficere non potest. Hinc  
 enim pro Christi corpore vero, vmbra cor-  
 poris signumq; eius, non dissimiles canes Ae-  
 sopico, in suis cœnulis captant; pro pretioso  
 Christi sanguine, dulcè Bacchi liquorem ex-  
 forbent; pro vero Dauide i. Reg. 19. simula-  
 crum eius decepto populo exhibent. Non de-  
 sunt ex Caluinistis quidam minorum genti-  
 um, qui negent, Christum dare se non potuis-  
 se Apostolis, sed tantum id facere noluisse.

Caluini  
 Deus non  
 potest  
 Christicor-  
 pus exhibe-  
 re in Eu-  
 charistia.



Putes id velle etiam prædicantem §. 64. vbi: *frustra*, inquit, *de potentia Dei queritur* (quasi non aliud sit potentia, aliud voluntas, & nõ multa possit Deus, quæ tamen nõ volet vnquã) *cum de voluntate nondum constat*. Verum in sequentibus deflectit alio, conceditq; cum Antesignanis Calvinistarum, cum Beza in libro contra Selneccerum, cum Martyre cõtra Heshufium, & cū alijs permultis à Sluffelburgio citatis, Deum Calvinianũ nec potuisse, nec voluisse corpus suũ in sacramento sumendũ dare, nec esse posse pluribus in locis. Quod nihil est aliud, q̃ illã ipsam minorem propositionem proximẽ positã asserere. Pergunt dein theses, & rursus secũdi syllogismi principãlis assumptionem docet hac ratione. In ijs quæ fieri possunt, est, idem corpus posse simul esse in plurib<sup>9</sup> locis, simul in cælis & in terra, in altari & ad dexterã Patris. Sed nullis viribus, nulla potentia id Calvinistarũ Deus potest efficere, vt Beza, & Martyr locis cit. Simon Simonius cõtra Sceckium, Simlerus contra Iacob. Andreæ, Danæus cõtra Kemnitium, Calu. 4. Inst. c. 17. §. 24. citatus supra in thesi, vno sensu consensuque docent. Ex hoc igitur etiã capite Calvinistarum Deus aliquid non poterit facere, quod fieri nihil in se prohibeat. Quod si huius discursus arbitrum, ferre posset Calvinoprædicans Calvinistam Ioannem Casum Professore Oxoniensem in Anglia lib. 4. lapidis Philosoph.

2. Probatio minoris.

2. Calvinistarum Deus non potest idem in pluribus locis ponere.

Casus Calvinista Anglus concedit idẽ posse esse in pluribus locis simul,



soph. siue 8. lib. Phisic. cap. 3. utique iam infu-  
 tus in culeum conclususque foret. Illius siqui-  
 dem confessione maior est vera, cui si mino-  
 rem concessione prædicantis certam subie-  
 ceris, quid nisi in faccum hominem compe-  
 geris? Sed nihil opus huius patrocínio, pa-  
 trocinatur polytopiæ egregiè admodum Bel-  
 larminus lib. 3. de Eucharistia cap. 3. Suarez  
 tom. 3. citato. Nec se ipsæ deserunt the-  
 ses, è quibus septima monet, quod, si vt possi-  
 bilia credantur, alia quædam quæ longè dif-  
 ficiliora sunt intellectu, aut certè æquè subli-  
 mia, quam sit corpus idem pluribus esse lo-  
 cis; hoc etiam traditum à tota Ecclesia ante  
 Caluinum, potest iustissime credi vt possibi-  
 le. at vel difficiliora vel æquè difficilia sunt, a-  
 lia fidei mysteria, & in primis incõprehensæ  
 Trinitatis. In hac enim plures sunt personæ,  
 re ipsa à se inuicem distinctæ, vt hic loca plura  
 realiter diuersa. Et vt in ea vna est in omnibus  
 essentia substantiaq; singularis, ita hac in po-  
 lytopia vnum est singulare corpus, quod ta-  
 men non idem est re ipsa cum locis, sicut est v-  
 num idemq; reapse (Nota Prædicans hanc vo-  
 cem, teque mentiri memento qui scribis §. 85.  
 errorem Iesuiticum quadragesimum esse,  
 quod dicant personas non distingui vllò  
 modo ab essentia, quasi reapse sit in prædi-  
 cantica Grammatica idem quod nullo mo-  
 do) essentia diuina cum tribus personis.

Idem esse  
 posse in  
 plurib. lo-  
 cis 1. Arg.  
 Vnica in-  
 diuidua  
 substantia  
 potest esse  
 in trib. rea-  
 liter distin-  
 ctis perso-  
 nis. ergo e-  
 tiam in tri-  
 bus distin-  
 ctis locis.

Seuo



Seuoca non nihil animum à fumis tuis prædicans, & noli meditari vt chartis tuis aliquid illinas: sed vt hoc cum ratione expedias; vtrum sit mirabilius captumq; humanum magis superet, rem aliquam vel corpus esse in tribus pluribusq; locis ab eo separabilibus accidentarijsq;, an vero rem vnicam singularem & indiuiduam, prorsus esse realiter idem cum Patre, idem cum Filio, idem cum Spiritu sancto. Et tamen Patrem & Filium & Spiritum S. non esse vnum idemq; realiter propter vnam illam quam habent, & à qua re nõ discrepant, impartibilem essentiam; vel, vt essentia trina non fiat, propter tres re distinctas, & quibuscum idem est, & in quibus est, personas. Infulsum autem plane est, & non nisi inscitissime ad illustrandum propositum, quod ais §. 85. plures angelos etiam eandem Angelicam participare naturam, & quidem singulos totam, vt mirum non sit id fieri in diuina. Nam  $\delta\delta\varsigma$   $\delta\iota\alpha\ \kappa\alpha\sigma\omega\tilde{\nu}$  & toto cælo distat ab ea re mysterium, de quo agimus. Sermo nobis est de natura diuina singulari, de natura quæ vna est absque operatione intellectus, qualis non est natura vniuersalis Angelorum, quæ à singulis abstrahitur mente, & ad singulos, vt in quibus sit, refertur. Sed instas: quia Trinitas infinita est, ideo tota vel potius eadem est in singulis personis. At, vt verum sit, quod ais, quid hoc ad argumentum? Non id petitur, cur sit in singulis

Prædicati  
essentia di-  
uina singu-  
laris est in  
pluribus,  
ad eum mo-  
dum quo  
vniuersale  
logicum  
est in infe-  
rioribus.



gulis personis, idemq; cum illis, sed cur non sit trina, cum sit in tribus distinctis personis, profusq; re ipsa idem cum illis, sicuti trinum vis esse corpus, eò quod sit in tribus locis.

Eodem modo forum declinas in response ad alteram probationem thesisi. Ea erat: si Deus alium mundum conderet extra hunc & ab hoc nostro disiunctum aliquanto intervallo, Deus & in illo esset mundo simul, & in hoc nostro totus, nec tamen in illo esset spatium inter medio, ut quod sit nihil. At in eo casu vnus idemque simul esset in duobus vbi & spatijs disiunctis. Nihil ergo repugnat vnum aliquod ens esse, & permanere vnum, etiam si sit in pluribus locis. Ad hæc non nihil de immensitate & simplicitate Dei commemoras: nihil autem ad hoc, an simul in duobus illis mundis & pluribus (si faceret eos) & non in intervallo medio esset futurus, respondes.

2. Argum.  
Si duos mundos faceret Deus, esset in vtroque; præsens, & tamen non esset in intervallo medio inter eos.

Nihilo melius occurris argumento tertio ex mysterio Incarnationis, in eadē thesi collecto, quo vrgetur; difficilius esse vnam hypostasim esse simul in duabus naturis perfectis & dissimilibus, creata vna, & increata altera, & cum quarum vnare idem sit & differat ab altera: quam vnam aliquam substantiam corpoream, simul esse in duobus locis à quibus cæteroqui & simul abesse, & ad quos successive possit moueri. At vnam hypostasim esse in duabus eiusmodi naturis docet mysterium

3. Argum.

Incar-



Incarnationis Christi. Potest igitur etiam vna aliqua substantia & res in duobus locis esse, vt nihilominus maneat vna, sicut vna manet hypostasis in duabus naturis. Circa hoc & præcedens argumentum prædicans velut ad latibulum refugit ad hoc, quod hypostasis & natura Dei sit purè spiritualis & infinita, eoq; tota vel potius eadem sit in singulis personis. ita §. 85. hinc etiam τὸ λόγος hypostasis eadem tota illi est in diuersis naturis, ita §. 87. Sed hæc non subsistunt. Dicere enim quod τὸ λόγος hypostasis tota vel potius eadem sit in personis singulis, eò quod & ipsa sit prorsus immensa, & merè spiritualis, nihil est aliud, quam confundere personas diuinas, & in patre constituere totam & eandem hypostasin filij, & in filio vicissim hypostasin patris, & in vtrisque hypostasin Spiritus sancti, atq; ita ex filio patrem & ex patre filium facere. Etiam modum loquendi rodit, putatq; non rectè dici hypostasin verbi in duabus esse naturis, sed dicendum naturas esse in illa. Verum ipsius Metaphysicus in suo systemate lib. I. quæst. 9. cap. 4. docere eum poterat hypostasin siue subsistentiam esse actum, per quem vnumquodq; suppositum subsistit. At actus concipitur vt in alio. Adde quod subsistentia addatur naturæ creatæ (& in Christo humane) vt illi tribuat in ratione existenti vltimum cõplementum, atqui complementum  
velut



velut accessorium rectè in illo cui accedit, esse dicitur. Quod si omnino propriè prædicanti loqui libebat, dicere debuisset naturas duas, non esse illâ, sed per illam. Post hæc §. 87. *Ens nō declamat: quid ista ad rem? prorsus ineptum est à spiritu argumentari ad corpus.* Sed moneo, vt statum quæstionis melius alias præuideat. Hoc est, & *in multis.* & nō aliud quod quæritur: vtrū res vna possit vna manere, & tamen in locis esse plurib. diiunctis, siue quod idem est, vtrum vnitas rei intrinseca destruat, si accidentia vnus generis, plura scil. loca in ea per potentiã Dei multiplicentur. Ex quo deinde sequitur intrinsecam corporis vnitatem non destrui per locorum accidentariam pluralitatem. Ad hoc inducitur natura diuina vna, quæ sit in trib. personis. Ad hoc refertur quarta etiam ratio ibi. *4. Argum.* in thesi 7. posita, de anima rationali quæ tota est in toto & tota in singulis partibus corporis, de qua consulo vt legat Conimbr. in 2. lib. de anima q. 1. art. 6. Toletum in 2. de anima & tantisper dum absoluerit, inscitiam suam occultet, ex qua §. 89. non secus ferè de anima hominis loquitur, ac de anima bestię, ait quæ: *est quidẽ anima tota in toto corpore, vt forma quedã impartibilis ipsum suo modo informãs: vel potius NB. in ipso homine vel bestia est, tanq̃ forma in suo formato; in corpore vero tanq̃ locatũ in loco.* Et post pauca: *Anima hominis, nō est certè tota in diuersis mēbris, nisi singu-*



**Animam  
hominis  
totam esse  
in qualibet  
parte.**

*singula membra corpus totū animatum esse dicamus. Heu frustra suscepti labores in te olim docendo per epistolas. Iam enim annus est & amplius multo, quod te quidam Monasterio per litteras hac de re ita allocutus sit: Primum quaero, vtrum aliquem in hac re (quod anima tota non sit in capite) sequaris authorem, vel ex desperatione bona responsionis inuendatam absona effutias. pro me pugnat vniuersus Commentatorum Latinorum, Graecorum, Arabum in 2. Aristotelis de Anima c. 2. exercitus: pro me certat pulchrè in Epistola fundamenti contra Manichæos c. 16. S. August. cum ait: Deum totum esse in mundo toto, & totum in qualibet eius parte, ita vt quod hic est, sit etiam id quod illic est. Atq; inde colligit (contra te Calvinoprædicans) sic animam, quæ forma spiritualis est, totam esse in toto & totam in qualibet parte. Sed & hoc ex te quaero (cui anima tota non est in diuersis membris, quicq; vis §. 85. omnem creaturam singularem multiplicari posse & in partes componentes dissolui) estne anima hominis tibi diuisibilis vel indiuisibilis? Si prius, etiam eam corruptibilem efficies. pars enim illa, quæ in manu est, abscissa manu, vel tenues abibit in auras, euanescetq; vel ad campos perget Elysios, alias animæ partes è corpore viuo adhuc venturas ibi præstolans, vel retrocedet in brachium, idq; cum ea animæ parte, quæ ibi ante erat, iam geminata duplicataq; informatione informabit. Sin autem indiuisibilem eam agnoscis, ergo iam tota est in toto corpore, & tota in qualibet eius parte. quod enim indiuisibile est,*

*est,*



est, ubi unq<sup>3</sup> est, ibi totum existit. *Vertas te quo libet, non hac euertes.* hæc ibi. Idem porro hoc etiam te presit modo. *Concedisne posse Deum auellere pedes à capite, vt tamen remaneant pedes animati similiterq<sup>3</sup> caput? abduc cogitationem à naturali rerum cursu, de potentia Dei loquor transnaturali (qua Dionysius præfectum caput in manibus ambulans ad locum sepulture tulit, aliaq<sup>3</sup> similia facta sunt) responde. si non id Deus potest, ecqua huius impotentia causa? iam ante cum continuæ partes corporis erant, vtrobique erat anima tota, idq<sup>3</sup> virtute naturali, & si continuæ esse desinant vtrobique, omnipotenti Dei verbo conseruari nõ poterit? Quod autem inquis §. 89. nullas animæ partes esse propriè, & proinde ipsam non esse totã propriè, prout cognõrint tui tandem aliquando excitati ab aduersarijs, id præter verba nihil est. Interrogo enim te, id animæ humanæ (quomodo B. August. de Deo supra loquitur) vel ea entitas animæ, quæ est in capite, estne etiam in pede? si est, idem ergo in pluribus locis est, si non est, ergo ex alijs atque alijs entitatibus anima est composita eritque scitilis.*

G CAPVT



## CAPVT XIV.

*Calvinistarum Deum non esse omnipotentem, quod extensionem actualè per locum à corpore non possit tollere.*

**S**ed ad theses redeamus, quæ porro probât institutū suum hoc modo. Deus Calvinistarū non potest omni sua vi & potentia efficere vt corpus vel quantitas sit absq; loco non solum omni, sed etiam adæquato, prout cū Caluino in thesi cit. prædicans libenter concedit §. 90. at facere vt corpus vel quantitas sit absq; vel omni, vel adæquato loco, vnū est ex ijs que fieri possunt. Aliquid igitur factu possibile, nō potest fieri à Calvinistarū Deo; & proinde non est omnipotens. Huius argumentationis sumptio secunda appositis aliquot in thesi septima illustratur exemplis, quæ q̄ arrodant canina sua Alogia breuiter explanabimus, si tamen prius naturam quātitatīs, ex qua pendet hæc disceptatio, trib. verbis enodemus, de qua pluribus Conimbric. in Cōmentarijs in Aristot. Dialect. ad ca. de Quantitate. Logica Mexicana ibid. Suarez Tom. 2. Metaph. disp. 40. sect. 4. Sed nobis hæc sufficiunt pauca. Primū, Quātitatīs magnitudinīsq; essentiam positam esse in quadam extensione, quæ sit origo & radix aptitudinis ad occupandum locū, aliudq; corpus ab eo excludendū: quo modo essentia hominis radix est aptitudinis ad ridendū. Secundū, ex hac radice effluere naturaliter loca-

Quantita-  
tis natura.

bilita-



bilitatem impenetrabilitatemq; vnus quan- A Quanti-  
 titatis & magnitudinis cum alia magnitudine tate posse  
 in eodē loco, quomodo risibilitas effluit ex separari ex  
 natura hominis velut ex radice. Tertium, ex tensionem  
 locabilitate & impenetrabilitate instar actus per locum.  
 cuiusdam emanare actualement extensionem in  
 loco, & extrusionem alterius corporis: quē ad-  
 modū ex risibilitas seu aptitudine ad riden-  
 dum, risus ipse actusq; ridendi proficiscitur.  
 Ex his autem quis non videt; nullo iam nego-  
 tio concludi, corpus posse esse absq; omni lo-  
 co, nedum vt requirat locum adæquatum? Si  
 enim magnitudinis quantitatisue essentia non  
 est posita in extensione actuali per locum, sed  
 hæc ex eius essentia iam constituta promanat,  
 idq; mediante locabilitate, nihil est cur Deus  
 hanc extensionem per locum non possit tol-  
 lere à magnitudine. Cur enim diuina vi quod  
 polterius est separari, & destrui non possit sal-  
 uo priori? aut cur non possit Deus, postquam  
 iam naturam suo generali influxu produxit,  
 cessare à productione vltiori proprietatum  
 actuumq;? non ei liberum sit negare suum in-  
 fluxum in accidentia & tamen eum commu-  
 nicare nature? Quāt titatis? alia est actio, qua fit à  
 Deo cōcursu generali rei alicuius, puta magni-  
 tudinis, essentia & natura: alia qua eius pprie-  
 tas & accidentia producuntur ab eodem vt  
 causa vniuersali: alia qua ipsi deniq; actus pro-  
 prietatis accidentiumque fiunt. Nihil vero



est quod cogere Deum possit, ut postquam primam ediderit cogatur etiam necessario adijcere secundam, vel ubi secundam elicuerit, ut compellatur etiam tertiam superaddere, quo actu se per locum Quantitas fundat. Poterit igitur etiam magnitudo & fieri & esse absque eo, ut non fiat, vel sit eius realis actualisq; extensio per locum. Quod suo modo cernere est in rebus naturalibus. Lac etenim aliaq; similia postquam ab igne incaluerint rarescunt, sequitur loco in quo ante fuerant, minori actuq; diffundunt per maiorem totamque ollam replent. Nihil hoc in casu nouae Quantitatis accedit, sed aptitudo replendi maiorem vel minorem locum per solam rarefactionem condensationemq; exit in actum. Nunc ad exempla in thesi 7. recensita veniamus; Ea ad duas classes reuocat praedicans, quarum prior continet ipsi ea miracula in quibus effectus contingens aut merè externus à causa sua naturaliter alioqui effluens suspenditur. Posterior ea, in quibus ipsae formae formati à rebus, aut proprietates essentialis ab essentijs sunt separatae, ita §. 91. Prioris generis illi sunt, ferrea securis 4. Reg. 6. supernatans. Petrus inambulans aquis Matth. 14. Ignis Babylonius non vrens. Dan. 3. Corpus Christi colorum sine forma ex se effusionem, Ioannis 20. ne videretur, impediens. In his multa peccat praedicans, primo, quod ait formam à rebus formati tolli.

Miraculo-  
sa separa-  
tiones pro-  
prietatum  
à subiectis.

Prædicanti  
sine forma  
potest esse  
formatū.

tum



cum enim forma det esse rei, fieri non potest, ut res habeat esse, utque sit in rerum natura formatum, absit tamen ab eo forma. Secundo, vult §. 92. actiones, effectus contingentes, actus secundos & extrinsecos à rebus abesse posse, si vis superior accedat. Atq; hoc ipsum est, quod per proposita exēpla colligere theses volumus etiam de quātitate. Apertè enim in thesi asseritur occupationem loci actum esse secundum, & proinde posse vi diuina separari. Considera, mi Calvinoprædicans, melius verba thesis, quæ sic habent: quasi Deus abiungere nequeat à corporea mole actualem ipsius per locū extensionem, vel alterius corporis protrusionem. Si Latina intelligis, non aliud hic audis memorari, quam actualem extensionem, quam protrusionem, quæ actus quidam secundi sunt & accidentarij, ut ex lacte rarefcente & se per totum locum & lebetem extendente, sine sui corruptione, advertere poteras. Si Iesuitas euertere volebas, probādum erat iam dicta in actibus secundis non numeranda. At quia id non facis, eorum sententiam contra te imperitè approbas. Posterioris generis facit hæc. 1. Subsistentiam humanam ab humana Christi natura ablatam. 2. aquarum rubri maris fluorem cōpressum. 3. diffusionem colorum à corpore Christi suppressam. Sed & in his errat multis modis. Primò, quod hic more suo sui immemor, numerat

Prædicant  
se iugulat.

1. absurdū  
prædicant  
ticū & con  
tradictio.



Subsisten-  
tiã existen-  
tiamque  
differre.

rat tertium posterioris generis, quod ante fe-  
cerat quartum prioris generis. hic velit esse  
proprietaem essentialem, quam ibi fecerat  
accidentariam vel effectum contingentem.  
Secundo, quod Franciscum Suarez concedat  
distinctionem facere inter subsistentiam &  
existentiam. & nihilominus dicat eodem §.  
94. Suarez nolle subsistentiã ab humana Chri-  
sti natura ablatam esse, eò quod asserit crea-  
tam essentiam non posse conseruari per alie-  
nam existentiam. Quæ enim, oro, hæc & qua-  
lis est consecutio? Res creata iuxta Suarez non  
potest conseruari sine sua existentia, ergo res  
creata & Christi humanitas secundum Sua-  
rez non potest esse sine sua subsistentia; quasi  
non distingueret inter existentiam subsisten-  
tiamque, quod tamen antè ipsemet prædi-  
cans commemorauit. Nec refert si dicat ine-  
ptè eum distinxisse; satis nobis est, Prædican-  
tem ineptè intulisse secundum Suarez subsi-  
stentiam propriam humanitatis esse in Chri-  
sto, nam hoc quæritur modo. Tertio, ait Præ-  
dicans §. 94. quod existentia est in genere en-  
tium, id subsistentia est in genere substantia-  
rum, quasi substantiæ non spectent prædi-  
canti ad genus entium, sed extra illud tan-  
quam non entia reponantur. Quarto, vult  
humanitati Christi suam relictam esse subsi-  
stentiam, quod à vera Theologia (à qua se  
plurimum abesse re ipsa cõfitetur) admodum  
alie-



alienum est. Primo, quia si suam habet subsistentiam propriam, habet etiam modum suum per se existendi sine dependentia à sustentante. At humanitas Christi non habet modum suum per se existendi sine dependentia à verbo sustentante prout clarum est: caret ergo subsistentia propria. Secundo, subsistentia creata, cum natura verè componit suppositum creatum. Erit igitur etiam humanitas Christi, cum hac sua subsistentia suppositum creatum. At suppositum non est communicabile, & proinde nec humanitas Christi erit prædicanti communicabilis, & quod inde fit verbum verè naturam humanam non assumpsit huic prædicanti. Tertio, suppositum intellectuale siue rationale, est persona, vt docet Boëtius in lib. de duab. naturis, cum ait: Persona est rationalis naturæ indiuidua substantia. At humana Christi natura, est per suam subsistentiam suppositum intellectuale. Erit igitur persona, duæque simul erunt in Christo personæ, qui fuit error Nestorij, vt è multis historijs ostendit Suarez disp. 7. sect. 3. Tom. 1. in 3. D. Tho. En Nestorianum prædicantem factum ex Calviniano, tantum vt Achilleum euitet argumentum, quod erat: difficilius est à substantia creata tollere subsistentiam, vel modum substantiæ intimum, & quauis proprietate illi magis astrictum, quam tollere

Humanitatem Christi carere subsistentia propria

Solida ratiocinatio posse à Quãtitate separari expansionem per locum,





Qualis sit  
subsistētia  
partium in  
tegrātium.

à quantitate accidentariam eius per locum  
expansionem. At prius præstitit Deus in hu-  
manitate Christi secundum veteres recentio-  
resq; Theologos. ergo etiã poterit posterius.  
Poterit ergo efficere Quantitatem loco non  
commensuratam; Nec patrocinator ei contra  
Nestorianismum, quod pes, manus aliaque  
membra habeant suam subsistētia, & tamen  
non efficiant singula personam, quia eorum  
subsistentia incōpleta est & integrat subsisten-  
tiam personæ: at humanitas Christi, si suam  
habet subsistentiam, vt vult prædicans com-  
pletam habet; & cum ea necessario efficit per-  
sonam, quia integram cōstituit rationalis na-  
turæ indiuiduam substantiam. qua de re utili-  
ter leget prædicans disp. 34. in Metaph. Sua-  
rez, quem imperitè vellicat.

5.  
Vt rubrum  
mare tran-  
situm de-  
derit filijs  
Israel.

Refutat. 2.

Quinto cauillatur ab vndis rubri maris  
consistentibus murorum instar, nō ablatam  
propensionem, sed solum inhibitum actum  
defluendi. At in hoc primo malitiosè vocis  
(propensio) significationem torquet. cum e-  
nim pro inclinatione, nō habituali, sed actuali  
esset posita (sicut & in cæteris quæ sequuntur  
nominibus actionem significantibus factum)  
maluit arripere habitualem, vt haberet quod  
zoilus nouus roderet. Deinde ex prædicante  
scire peruelim, quomodo defluxum aquarum  
in mari à Deo inhibitum opinetur: an non pu-  
tet, Deum cōcursum suum aquæ fluiditati ne-  
gasse



gasse tantisper, dum transfret Israel? At hoc ipso etiam circa habitualem aquæ propensionem aliquid operatus est, ei efficaciam exundi in actum secundum negando. Rursum interrogo, quomodo velit corpora beatorum ratione terreæ molis, quam in se complectuntur, graua, ab eorum delapsu è cælis in terram vindicare. Cælum resistere dicet? at id illi aeris instar est fluidum §. 75. ab actu suo cõtra inclinationem propriam ea suspendi contendet? Sed ita violentè in cælo detinebuntur. Circa grauitatem aliquid operari Deum concedet? hoc satis est nobis, vt propensionem non nihil deminutam concludamus: & à pari inferamus, eum qui à corpore graui potuit semouere conatum ad descendendum & multo magis descensum, posse etiam à corpore quanto submouere propensionem ad se expandendum, & multo magis expansionem per locum. Firma igitur adhuc perstant exempla allata, confirmantq; admiranda Eucharistiæ mysteria prout in thesi 7. indicatum est.

Beatorum  
in cælis cor  
pora etsi  
graui sint,  
terreaq; nõ  
tamen ruc-  
re deor-  
sum.

CAPVT XV.

*Deum Calvinistarum non esse omnipotentem probatur ex transsubstantiatione.*

**I**N thesi 7. etiam probatur impotentia Dei Calvinistici hoc modo. Inter ea, quæ fieri

G 5 nihil



nihil repugnat, est transsubstantiatio, quam egregiè propugnat Bellarm. lib. 3. c. 18. & seq. ex scripturis, patribus vetustis & rationis cōuenientia, de qua etiam Suarez Tom. 4. in 3. D. Thom. Atqui Deus Calvinistarum non potest hanc transsubstantiationem efficere, vt cum omnibus Calvinistis magnificè admodum iactitat §. 82. Prædicans. Calvinisticus igitur Deus aliquid non potest facere, ratione cuius non sit omnipotens. Concedit quidem meus prædicans §. 81. cōuictus exemplis in thesi positus de aqua in vinum, muliere in statuam, virga Moysis in serpentem mutata, posse fieri trāssubstantiatiōem in genere sumptam, sed Papisticam siue ab Apostolis traditam & omnibus sæculis à maioribus nostris receptam, vt possibilem superbus filius non agnoscit. Quo argumento? quia contradictio est, ait, posse aliquid transmutari in aliud ens iam verè præexistens. Credas prædicantem nihil vnquam comedere, alioqui enim panem & vinum agnosceret transmutari in suam carnem & sanguinem, siue in corpus suum iam ab annis quadraginta præexistens, fateturque Calvinianum ventrem potentio- rem esse Deo Calvinistico. At produci non potest id quod iam reuera est. Respondet Bellarm. lib. 3. c. 18. & 24. Ex pane corpus Christi efficere, nō est producere ipsum corpus Christi, sed in Christi corpus præexistēs panis sub-

Transsubstantiationem dari.

Obiectio.

Solut. 1.  
Panis substantia in Christi corpus transmutatur.

stan-



stantiam commutare. Nec transubstantiationem esse generationem Philosophis decantatam, sed supernaturalem quandam mutationem, qua Corpus Christi quod antè solum erat in cælo iam etiam fit præsens sub speciebus panis in terris. Quales supernaturales transformationes ignotæ physicis, aliæ dantur plures. Talis est mundi creatio, vxoris Loth in statuam conuersio & his persimiles. Nec propterea deserit cælum, sed extendit se ad alium locum, vt vtrobiq; sit præsens. Sic anima quæ prius est, tantum in corpusculo bipedali iam infantis, post extendit se ad corpus septempedale, cum infans factus fuerit adolescens & vir, ac nihilominus manet vbi fuerat prius. Nec obest quod Christus à pane abest toto cælo secundum humanitatem, quia vbi que est (& proinde cum pane etiam) secundum diuinitatem, quæ destructæ panis substantiæ

2. Solutio.  
 vbilibet nullo negotio substituit carnem. idem posse  
 Quamquam etiam faciamus corpus Christi bis & sæpius  
 quod est in cælis, omnipotenti eius nutu re- us reproduci  
 produci sub specie panis in templis. quid tum? Ratio ex re  
 adeone id absurdum? an qui potest, si Petrum surrectiõe.  
 destruat Romæ, iterum producere eundem Petrus an-  
 numero Parisijs, vt ex mysterio resurrectionis nihilatus i-  
 nis doceri solet, non poterit eum producere de numero  
 Parisijs, si saluū relinquat Romanis? vnde hæc potest reproduci ergo  
 repugnantia? Diminuiturne potentia Dei per etiã poterit  
 imbecillas vires Petri, vt omni sua vi eū Parisi reproduci  
 sijs pro- hiletur.



producere nequeant, si Romæ adhuc incorruptus viuat? aut adfertne Deo adiumenti aliquid ad Petrum producendum Parisijs, quod Petrus Romæ sit destructus? Quæ hæc vis ut Petrus mortuus, & destructus Deum iuuet ad eandem materiam formamq; sui corporis reproducendam? iuuare eum vero non possit ut reproducat, sed impediatur, si viuus & saluus sit?

**Obiectio.**

Sed instat, quod est, non potest fieri, eo quod via ad metam non sit ipsa meta, nec motus sit res facta motu, nec prius sit posterius, item quod hic & nunc existit, alibi nõ potest produci nisi destruat. At meræ voces ista sunt sine probatione, multo iam tempore de-

**Solutio.**

**Vt fieri possit, quod est iam nunc.**

siderata. Nam quod est etsi fieri non potest absolute, quasi non sit in rerum natura, potest tamen fieri secundum quid, quatenus in loco, in quo non erat, incipit esse & per replicationem reproductionemq; sæpius in rerum natura constituitur. Sic Christi corpus accubens mensæ erat in terris simpliciter, at sub Eucharistico cibo, quem distribuebat Apostolis, prius esse incipit postquam omnipotentium verborum suorum efficacia, illud ibi constituit, prior ergo est via motusq;, siue prima Corporis Christi ex virgine productio sua meta & termino producto, & prior est productio corpore Christi sub specie panis reproducto, estq; seipso prius & posterius, sed sub diuersa

**Productio prior est producto & reproductio prior est reproducto, quare reproductum est.**

fit



fit ratione. At hoc nihil est noui in Aristote-  
lica Logica, quicquid sit in Alogia Caluino-  
prædicantica. Facit ad institutum prædicanti  
meo alias propositus hac in materia casus iste.  
Accidit apud Cannibales, vt puerulus ab An-  
thropophago deuoraretur, caroq; illius tota  
in substantiâ huius verteretur per nutritionē,  
ita vt quæ materialis pars ante fuerat pueruli,  
ea sit facta pars substantialis viri : in resurre-  
ctione vtri horum hæc materia restituetur? si  
viro, resurget sine carne osseus puer, & non in  
carne sua videbit Deum : sin autem puero de-  
tur iam parte aliqua substantiali vir carebit,  
eritque mutila eius resurrectio. Quod si hic  
idem fieri bis posse dixerimus, vtriq; facile,  
quod eorum est tribuemus, similesque casus  
nullo negotio dissoluerimus.

Anthropo-  
phagorum  
duorū ea-  
dem nume-  
ro caro est  
quandoq;.

CAPVT XVI.

*Caluinistarum Deum non esse omnipoten-  
tem probatur ex impotentia effi-  
ciendi penetrationem cor-  
porum.*

**R**ursum septimo dicta impotentia pro-  
batur ex alijs tribus fidei mysterijs hac  
ratione. Ex possibilibus & nullam in se cōtra-  
dictionem inuoluentibus, sunt; Christum e-  
gressum ex vtero virginis, virginali claustro  
non aperto; exiisse è sepulchro, lapide non di-  
moto;

Penetratio  
corporis  
Christi  
cum alijs.



moto; adijisse ad Apostolos ianuis non aper-  
tis; subiisse cælos sine eorum ruptura vel scif-  
fura. Horum tamen, ne vel vnum quidem Cal-  
uinianus Deus potest efficere: vt cui omnia  
dicta sint æquè difficilia factu & *adúvata* at-  
que si hominem deberet fingere, qui esset a-  
nimal rationis expers. Non dico priora illa  
Caluino æquè includere cōtradictionem, sed  
hoc tātum æquè impossibilia factu esse secun-  
dum Calvinum. Respondet ad hæc prædicans  
§. 70. iā recensita includere contradictionem;  
cuius rationem affert, quod dum in his exem-  
plis statuitur à nobis penetratio corporum  
solidorum mutua absq; cessione; etiam con-  
sequenter per nos asseratur corpus alicubi  
verè adesse, & tamen in loco non esse, siue o-  
mnino esse illocalia; aut esse saltem in loco nō  
adæquato, hoc est, esse incorporeum. Sed in  
his quis stuporem hominis non miretur? ait à  
nobis constitui duo corpora in eodem loco  
se penetrantia. ergo cōsequenter ipsius etiam  
cōfessione ambo nobis ponuntur in loco, ve-  
roq; secundum Iesuitas loco cōmensurantur.  
Quid igitur, ait, asseri cōsequenter, ea in loco  
nō esse, esseue illocalia? Potestne corpus à cor-  
pore penetrari in adæquato loco, & dici ni-  
hilominus in eodem loco cum ipso non esse?  
quæ hæc inscitia? Si vnū penetrat alterū in eo-  
dē loco, vtiq; necessario est cū altero in loco  
nō minus quam anima hominis corpus pene-  
trans

Calumniæ  
relectio.

Penetratio  
corporum  
includit  
prædicanti  
contradi-  
ctionem.



trans, cū illo est in toto corporis loco. Hanc penetrationē diuina vi impossibilem esse prædicanti docēdum erat, ostendendumq; impenetrabilitatem (vt loquūtur) actualem, siue facultatem conatumq; excludendi aliud corpus è loco suo non posse potentia Dei separari à Quantitate, & ex ea non fluere naturaliter, instar actus eius secundi & ipsa posterioris. Sed hic mutus est magis quam piscis. Decurrit deinde ad singula, ad primum cum suo infortunato Crello, ait egressum esse Christum ex aluo virginis virginali claustro aperto. Hoc ad artic. 3. disputatur in apodixi 3. ca. 4. quem ad locum sua prudētius reseruasset prædicans. Sed maluit præcipiti calori Caluiniano indulgere & ordinem omnem inuertere. Ad secundum de resurrectione Christi ait Angelum Domini lapidem reuoluisse, Christumque tum demum sine penetratione lapidis egressum esse, quo modo crassus Lutheri Prætor rubras indutus caligas (vt loquitur Zvvinglius Tom. 2. in responsi. ad Lutherum lib. de Sacram.) exire potuisset. Sed in eo primum deflectit ab eo, quem defendendum iuscepit, Caluino, qui in cap. 28. Matth. apud Feuardent. lib. 6. Theomach. Caluinist. vult, Angelum non aperuisse tumulum, vt Christus exiret, cum illa eadem virtute & potentia, qua resurrexit etiam exire potuerit tumulo clauso firmoque manente.

Sed

De penetra-  
tione cor-  
poris Chri-  
sti per lapi-  
dem sepul-  
chralem.

1. Argum.  
è Caluinistis.



Sed reuoluit lapidem, vt mulieribus pariter & Apostolis ostenderet, corpus non esse amplius in eo, sed verè resurrexisse & ante lapidis reuolutionem inde exiuisse. Deflectit à suo Beza in creophagia; Ita esto, respondente

2. Argum. ad argumentum Heshufij vrgentis Christum  
 & Patribus. egressum è sepulchro clauso: 2. contradicit omnibus in eo Patribus antiquioribus. Iustino q. 117. ad Gentes scribenti: *Quemadmodum nō mutatione corporis in spiritum Dominus super mare ambulauit, verum diuina sua potentia mare, quod pedibus calcare nequiret ad ambulandum commodum reddidit, ita & suapte potentia è monumento, cui lapis impositus fuit, egressus est, & ad discipulos ianua clausa ingressus. Non enim excitationis eius gratia saxi ipsius de monumento facta est reuolutio, sed eorum causa qui id erant conspecturi vt ipsis resurrectio ostenderetur.* Gregorio Nazianz. in Tragœd. Christus patiens: Chrysostomo hom. 90. in Matth. & Tom. 3. homil. de Ioanne Baptista: Theophylacto in 28. Matth. Euthymio cap. 68. in Matth. Bedæ homil. in vigilia Paschæ: Bernardo ferm. I. de resurrect. August. ferm. 138. cuius verba sunt: *Quo modo de sepulchro (clauso) exire non posset, qui ex incorruptis matris visceribus salua virginitate processit* (Hieronymo Epist. 150. ad Hedibiam. q. 6. dicenti. *Non putemus angelum idcirco venisse, vt aperiret sepulchrum Domino resurgenti, & resolueret lapidem: sed postquam Dominus resurrexit, hora qua ipse voluit, & quæ nulli*

morta-



mortalium cognita est, indicasse, quod factum est. Citat quidem Hilarium prædicans, quod velit Angelum Christo ministeria parasse, sed ea ministeria nihil ad resurrectionem Christum iuuerunt, solis mulierculis & monumentum inspecturis ad Christi gloriam profuerunt.

3. ab it in eo ab Euāgelistarum sententia. Nam nihil tale eorum quisquam asserit de Christo, quasi ipsi vel reuolutione lapidis ad egrediendum fuerit opus, vel ad reuolutionem angelus Christo fuerit necessarius. Tantum ait Matth. 28. quod cum venirent mulieres, *Ecce terra motus factus est magnus. Quo fine? vt motu eo dimoueretur lapis & exiret Christus! nil tale. Sequitur namq; Angelus enim Domini descendit de celo & accedens reuoluit lapidem. Vtique propter eas quæ dixerant. Marci 16. Quis reuoluet nobis lapidem, &c.* 4. Ad somnia latibulaq; ignorantiae decurrit. Quid ni enim somnium latibulumque ignorantiae dixerim, cogitare dubiè, Christum, vel subito corpus suum liquefecisse, vel in Spiritum commutasse vel in aliud corpus vertisse, & deinde priorem ei naturam restituisse? aut somnium non sit capitis pertinaciter veritati obluçantis, affirmare, citra scripturam, extra Patres, præter rationem necessariam, vel lapidem colliquatum & mox resolidatum, vel amotum vi diuina, & illico repositum, vel aëris instar celsisse, & confestim iterum induratum? quin vnū aliquod

3. Argum:  
ex Euange-  
listis.

4. Argum.  
ex Vorfij  
incertitudi-  
ne & per-  
plexitate.

H ex his,



ex his, quando omnia facta nō sunt eligis? cur non quod probabilius arbitrare per testes rationesque demonstras? Nouimus multa fieri posse, & quidem prædicantes in belluas Deo difficile non esse mutare: Non tamen propterea veras belluas esse cōclamamus, nec credimus quia fieri isthæc potuerunt, ideo etiam iam nunc facta.

De penetra-  
tione Chri-  
sti per ia-  
nuas clau-  
sas.

Ad tertium, de Christi ingressu per ianuas clausas eodem ineptit modo, placet illi §. 74. intrasse Christum clausis ianuis idem esse (Nota lector prædicantica synonyma) quod non apertis per eos, qui erant intus; & quia vento hac ratione aperiri potuisse quispiam facile obieciisset, addit, siue id per angelum aliquem

Deliria Cal-  
uinopredis-  
cantica de  
ianuis  
clausis,

fit factum, ita vt nemo discipulorum sentiret, siue potius diuina virtute. quin etiam subdit ianuam miraculosè fortè mutatam; puta liquefactam, aut rarefactam, aut prorsus amotam, & mox restitutam, imo etiam eadem virtute corporis sui naturam ad momentum immutare potuisse. Supererat, vt vel per fenestram vel infumibulum, vel rimam aut impluuium etiam illapsum esse Christum in domum ianuis adhuc clausis cum suis symmictis diceret: sed priora maluit, vt paulò sonantiora & magis prædicabilia. At quid attinet dicere, multis aliquid fieri modis qui uille, ubi quæritur, quonam sit modo factum? ubi scriptura eiusq; interpretes ab ortu Ecclesiæ Catho-

tho-



tholicæ agnoscunt nullo eorum modorū esse perfectum? Ait scriptum, clausis ianuis ingressum esse Christum, at non per ianuas clausas, quomodo alibi dicitur ipsis loquētibus venisse. At in eo pugnat secum. Nā si cessassent loqui ipso veniente, falsum fuisset dicere, ipsis loquentibus eum venisse. Falsum igitur etiam erit secundum prædicātem Christum ingressum esse ianuis clausis, si eo tempore vel quo ingressus est, desierint esse clausæ, reſerataq; sint vel per Angelum vel alio quolibet modo. Parū enim refert à quo aperiatur ianua; si modo pateat cū Christus ingreditur, falsum est eum intrare dum fores essent clausæ, siue ianuis clausis. Deinde quid in eo mirandum si quis rusticus per apertum ab angelo ostium ingrediatur? quid magnū si nemine intus aperiente, attracto per funem pessulo aperiat quis fores & intret tacite? Præterea vt ad angelos virtutēue diuinam cōfugiunt Calviniseque, cur ita non eadem ratione ad clauem aliquam secretam, qua Christus fingatur vsus, alius abeat? quo eū argumento reuincēt, qui dixerit Christum hoc potius modo quam Angelorū operatenter arrepsisse! Nihil quidem de hoc in sacris est literis, sed nec vel vnū iota etiam in ijs existit de nouis illis figmentis, ad penetratiōnem corporum cōtra veterum omnium sententiam pertinaciter explodendam, excogitatis. Audiamus enim Ecclesiæ luminaria

Resp. prædicantis.

Refell. 1. sua ipsius similitudine.



Sanctissimos veteres Doctores: in quibus primum locum teneat Augustinus tract. 121. in Ioannem. *Moli corporis Christi vbi diuinitas erat, ostia clausa non obstiterunt: ille quippe foribus non apertis intrare potuit, quo nascente virginitas Matris inuiolata permansit. Et Epist. 3. ad Volufianum. Ipsa virtus diuina per inuiolata Matris virginea viscera membra infantis eduxit, quæ postea per Clausa ostia membra iuuenis introduxit.* Et subiungit: *Hic si ratio queritur, non erit mirabile, si exemplum poscitur non erit singulare. Demus Deum aliquid posse, quod nos fateamur inuestigare non posse. In talibus rebus tota ratio facti est potentia facientis.* Audi D. Ambrosium li. 10. in Luc. c. 24. *Habuit inquit admirandi causam Thomas, cum videret clausis omnib. per inuia septa corporibus, inoffensa cõpage corpus insertum.* Et ideo mirũ quomodo se natura corporea per impenetrabile corpus infuderit, inuisibili aditu, visibili conspectu, tangi facilis, difficilis estimari. Audi etiam Chrysoctomum hom. 85. in Ioan. *Mirandum, inquit, est, quod discipuli phantasma eum esse non sunt suspicati. Clausis enim ianuis & repente est ingressus.* Et hom. 2. de Symbolo. *Quomodo, inquit, introiuit Christus ianuis clausis ad discipulos suos? Super mare ambulauit? Imperauit ventis, & facta est tranquillitas magna? Quia ergo ista super nos sunt & rationem de talibus miraculis reddere non valemus, fide tenemus.* Audi D. Gregorium Nazianz. in Tragœdia de Chri-



Christo patiente. *Stat ecce Dominus has fores intra; Nouum hoc dignumq; vero maximo miraculo. Audi (ne omnes commemorem) D. Cyrillum lib. 12. in Ioannem ca. 53. Clausis, inquit, foribus repente Dominus natura rerum superata ingressus ad discipulos est. Nullus igitur querat, quomodo clausis ianuis Corpus Domini penetravit, cum intelligat non de homine nudo, quales nos sumus, sed de omnipotenti Dei Filio hæc ab Euangelista conscribi. Pudeat igitur etiam atq; etiam Prædicantem tanta libertate in his eludendis mysterijs occupari, quæ maiores nostri nunquam satis potuerunt admirari.*

Ad quartum crassæ cuiusdam inscitæ homo omnis syncerioris philosophiæ & scientiarum solidarum imperitissimus, Iesuitas redarguit, qui nesciant cælos aëris instar sua raritate tenuitateq; naturali ascensuro Christo celsissime, de quo paulo post.

## CAPVT XVII.

*Calumnistarum Deum non esse omnipotentem, quod absoluta careat potentia.*

**I**Nter alia argumenta impotentia Dei Calvinistici in 6. thesi hoc est: Omnipotens dici nõ meretur, qui absolutam independentemq; in agendo non habet potentiam, ita ut pro suo nutu quodcumq; voluerit disponere

H 3 agereq;



agereque possit. At huiusmodi potentiam non habet Deus Calvinianus etiam ipsorum Calvinistarum aperta confessione. Non igitur Calvinistarum Deus est omnipotens. Assumptio è Caluino alijsque probata est I. ex 3. Inst. c. 23. §. 2. *Neq; tamen ingerimus commentum absolute potentia, &c.* Sed occurrit Prædicans primū, Caluino Deum plura posse quam velit re ipsa. At enim in eo more suo aduersatur nō obscuris Caluini elogijs: ait enim I. Inst. c. 17. §. 2. *Quod voluntas Dei sit vnica iustitia regula & iustissima causa rerum omnium. Non illa quidem absoluta voluntas, de qua garrunt Sophista impio profanoq; dissidio separantes eius iustitiā à potentia, sed illa moderatrix rerum omniū prouidentia.* Quibus verbis vt manifestè cauillatur absolutam in Deo voluntatem, ita eandem iustitię regulā causāque rerum esse posse inficiatur, vt proinde re ipsa plura nō possit voluntate absoluta, quam rerum moderatrix prouidentia, ordinariaque dicat. Deinde li. 3. Inst. c. 7. §. 5. B. Augustinum carpens, quod fateretur posse quidem Dominum, si vellet, hominem mortalem in angelicam puritatem euehere, sed tamen neq; id fecisse vnquam, nec facturū, q̄ aliter in scripturis asseruisset, in hæc tandē verba erumpit: *ideo cauillis non esse obnoxiam sententiā, si quis dicat fieri non posse, quod non futurum scriptura pronunciat.* Quod idem est, ac si dicas in Deo nō esse absolutam potentiā, qua aliter rem quampiam facere possit, quam ab æterno semel facere constituit,

Resp. præ-  
dicantis.

Refellit. I.



stituit, vel se facturum manifestavit. Quid igitur? miser Calvinianus Deus absoluta potētia sua nō potest vel ex lapidibus suscitare filios Abrahæ (de quib. Matth. 3.) vel duodecim legiones angelorum submittere Christo (de quibus Matth. 26.) quia neutrum ab æterno facere cōstituit, fieriq; nō potest, quod facere non decreuit. quib. etiam prædicantem cōfundas §. 63. non in Latino sed Germanico aucto plus satis dicta duo exempla pro Caluino vsurpare conantem. Subiungit deinde secundā solutionē, Caluinum in Catechismo breui, ad art. 1. & 3. Inst. c. 23. §. 2. absolutam Dei potentiam non agnoscere in negotio prouidentia & predestinationis. Sed ad eone hebes est, prædicās, vt nec dum sciat ad cōfirmandas quæstiones particulares, argumenta propositionesq; assumi à genere atq; vniuersales? Esto, agat inibi de predestinatione singulatim, quid tamen id prohibet, ad probandū adferri enunciātū generale? Nonne clare ait. *Non ingerimus cōmentum absoluta potentia, quod sicut profanum est; ita merito detestabile nobis esse debet?* Nonne apertè scribit in Cōment in c. 23 Isaia: *Istud somnium de potestate absoluta in Deo, quam Scholastici introduxerunt est execranda blasphemia?* Eadem assumptio corroborata est ex Beza negante vniuersaliter verum esse illud Angeli: Non est impossibile apud Deum omne verbum. Respondet Prædicans: Verum non esse angeli dictum secundum Bezam in ijs quæ con-

Caluino non potest Deus ex lapidibus suscitare filios Abrahæ.

Responsio prædicantis secunda

Apud Deū Calvinian, aliquod verbum est impossibile.





contradictionem includunt. Sed falsum prædicat Prædicans. Beza enim id intelligit, de ijs quæ factu impossibilia non sunt, qualia de Quantitate & eius affectionibus contra Calvinistarum deliria sunt explanata.

Vltima probatio fuit à Spina & Sureo ministris Calvinianis sumpta, quibus Parisijs in colloquio teste Feuardentio, Deus efficere nulla vi potuit, vt Camelus vel funis nauticus per foramen acus trāsiret. Ad hanc respondet §. 79. Feuardentium testem esse planè mendacem. At vnde hoc illi cōstat? ex authore quopiam? non. Sed ex patre mēdaciorem, qui docuit mentiri prædicantes. Ipsimet enim ministri citati, suo in publico scripto post colloquium edito testati sunt verum Feuardentij fuisse testimonium. Post hæc cōcionatus nonnulla de diuinæ potentæ obiecto, vt verbi Ministrum ubiq; agnoscas, ait §. 80. falsum esse Christum affirmare Matth. 19. Camelum per foramen acus transire posse. Sed multis hanc ad rem nihil est opus. ait Chrittus facilius esse camelum transire per foramen acus, quam diuitem intrare in regnum cælorum: at potest diues intrare in regnum cælorum, vt Abrahamo, Isaaco, Iacobo, Dauidi, alijsq; accidisse nouimus, poterit ergo etiam camelus, quod est facilius, transire per foramen acus. Cognouerunt hoc vetusti patres, Origenes, Hieronymus, Hilarius, Chrysof. in Matth. Am-

Vorstius ab  
ijs pro qui.  
bus pugnat  
iugulatur.

Camelum  
posse trāsire  
per foramen  
acus.



Ambros. in Lucam, August. in lib. 2. Euangel. quest. q. 47. Quid? quod ipse prædicās sibi cōtrarius ibidem id cōcedat? subijcit enim: *Comparatione quadam ficta hic utitur Christus, eiusq; adminiculo rem impossibilem* (diuitis in cælum introitum) *per aliam planè similem* (transitum cameli per foramen acus) *sed iudicio nostro minus possibilem illustrare instituit.* Si æquè impossibilis est transitus cameli per acum, atq; est locupletis in cælum ingressus, ergo vel neutrum vllò fieri modo poterit, vel si alterum fieri potest, poterit etiam alterum, vtpote prædicāti plane simile. At diues permanens diues prædicanti potest Deo opitulante per gratiã introire in regnum cælorum. Poterit igitur etiam camelus, permanens camelus & absq; ipsius in particulas sectione transire per foramen, & non hominis modo, sed & Cameli grande vastumq; corpus quibit esse non tantum in spatio hostiæ, sed etiam aciculæ. At opponit prædicans, posse camelum per acum trajici, si hæc præter naturã dilatetur, vel elephas in aliam formam mutetur. Verum id, si fiat, non erit miraculũ in transeundo, in quo id agnoscunt veteres, sed in Camelo transmutando vel foramine ampliando. Deinde qui minimum ferri, quod foramen acus circumplectitur, ita dilatare potest, vt per spatium millecuplo maius loco suo naturali, & quod camelo sit permeabile, se fundat, cur nõ is etiam vel fer-

Prædicans  
iugulatur  
ex sua re-  
sponzione:

Camelus  
grandis in  
acus for-  
amine po-  
t est esse.

Subterfugi-  
um prædi-  
cantis.

Refell. 1.

2.



rum vel corpus aliud grandius in locum mil-  
 lecuplo minoré destituere possit? cur nõ ho-  
 minem sub hostia occultare queat? Hactenus  
 argumenta à calumnijs Calvinisticis vendica-  
 uimus, modo philosophiam eius audiamus.

## CAPVT XVIII.

*Philosophia Calvinopredicantica.*

Quid sit lo-  
 cus latissi-  
 mè sumpt<sup>o</sup>  
 docetur  
 predicans.

**M**irificè in sua sibi noster hic Suffenus  
 Calvinianus Philosophia placet. Hinc  
 enim §. 75. Iesuitas elato supercilio, velut cras-  
 sa quadam inscitia circa naturã cælorum cir-  
 cumseptos despicit, & §. 66. non leuiter eos er-  
 rare in assignanda generali natura loci cõten-  
 dit, ijsdem alijs alibi modis insultat. Executia-  
 mus igitur non nihil huius mustei Sophi do-  
 ctrinam admirabilem. Primo inquit Iesuitis  
 loci in genere sumti definitionem esse; q̃ sit  
 superficies corporis continentis. Atqui lucu-  
 lentum id est mēdacium. Nam Iesuitæ locum  
 in cõmuni sumptum distribuunt in locum ex-  
 trinsicũ, quem Aristoteles definierit, superfi-  
 ciem corporis cõtinentis; & intrinsicum, qui  
 sit ipsum vbi. Ita Toletus 4. Physicorum. qu.  
 8. Suarez in Metaph. disp. 51. sect. 2. Conim-  
 bricenses ad cap. 4. in Antepredicamentis q.  
 1. artic. 3. ad 1. ita scribunt: dicta intelligantur  
 de loco Physico & Extrinseco, superficie sci-  
 licet, corpus ambiète. Nam locus intrinsecus,  
 feu



seu vbi, cum sit modus corporis, in loco constituti, omnes conditiones accidentis propriè dicti participat. Logica Mexicana ad Prædicamentum vbi, ipsum vbi definit, vt sit præsentia realis quam habet res in loco Extrinseco, vel in spatio loci. Nō poterat clarius suam prodere inscitiam Prædicās, quam facit, dum etiam philosophiæ Candidatis in scholis Iesuitarum exhibendam propinat. Post hæc subnectit Prædicans, suæ sapientiæ mysteria, & inquit ibid. §. 66. Spatium vacuum & locum in genere sumptū reuera æquipollere. sanè ad priora valdè appositè, vt falsum falso asitua- tur & vicia varam sequatur. Paucula tantum hoc circa mysterium prædicaticum quæram, respondeat doctissimus Prædicans noster.

1. Vacuum illud spatium (quod illi locus dicitur) estne quid creatum vel increatū? si posterius, ergo iam præter creatorem omnium Deum, est aliquid increatum. Sin autem prius, ergo vacuum spatium non fuit aliquando, sed est productum. At quando hoc? cum mundum Deus, & omnia ex nihilo conderet? verum iam tum erat spatium vacuum, in quo mundum locaret, & idem permanebit in omnē æternitatē, etiam si mundū rursus destruat.

2. Estne spatium istud Calvinisticū substantia vel accidens? & si quidem substantia est, reponeturne inter corporatas, atq; ex materia quanta & forma coagmētatas; an vero inter corporis ex-

Locū non  
esse idem  
q̄ vacuum.



expertes spiritus bonos vel malos? quid horum eligit scientissimus noster prædicans? quid hæret? accidens esse non potest, tū quod accidentis esse naturaliter sit inesse, hoc vero spaciū non insit cuiquam, sed fuerit ante mundum, & omnia creata, tū quod neq; sit Quantitas, neq; Qualitas, neq; aliquid cæterorum inhærentium. Aut igitur nihil sit oportet, vel ad substantiam spectabit incorpoream, ne si corporea sit penetret se cum verbi Ministro non absq; ipsius cordolio. Sed enim audito, nihil, respirare sibi visus est prædicans, cogitareq; incepit, suum vacuum spaciū & locum, esse nihil. pulchrè. Cum igitur domi, vel in templo, vel agro, vel alio loco est prædicans, est in nihilo: cum in Germania magnis contendit itineribus, vt tempestiuè locum ibi occupet, contendit ad nihil: cum primos quærit accubitus inter suos Consistoriantes, quærit nihil: vno verbo, motus omnis localis Prædicanti, acquirit nihil: nihil omnis lationis illi, est terminus realis: nihil ipsi dat speciem distinctionemq; positiuam. Si hoc est philosophari, nemo dicetur delirare.

Cælū fluidū est Calvinopredicanti.

Ad cælos veniamus prædicanticos, quorum crassa, vt ait, ignorantia laborârunt Iesuitæ hæctenus. Hi, vt prædicanti pro sua subtilitate siue tenuitate cedere aptissimi sunt, §. 75. ita transitum præbent eidem facillimè: non secus atq; in aère nostro isto ( qui & ipsi pars cæli



cæli dicitur) quotidie experimur. Sed quominus assentiamur huic Vorstianæ philosophiæ obstant permulta. Primo nãq; more tuo quid velis, frigidè satis & tenuiter admodum explicas. dein nec profanum nec sacrum authorem, quem hac in re sequaris annotas, ipse tibi cæcus cæco factus dux & author: cum tamen contra te & autoritate & argumentis pugnet Aristoteles lib. 1. de cælo c. 2. cum numero suo suorum interpretum exercitu. 3. Explicare nõ potes allatis causis cuius sint nature cæli tui, an aereæ, igneæ, aqueæ, terreæ vel miste: an graves vel leues, corruptibiles, vel incorruptibiles, octo vel 12 sint: an moueantur pluribus simul lationibus vel quiescant, stellis piscium instar in ijs ludentibus natantibusque. 4. æquè parum expedire potes, quomodo in fluido isto tuo cælo, vel petulcæ fuculæ aliquando nõ à se inuicem paululum disiungantur, vel Cassiopeæ pedes non quandoq; diuarentur, vel equi septentrionalium plaustrorum non interdum exspatiantur, vel aliæ ab alijs stellæ longius interdum non dimoueantur, aut ad eas propius celeriusque succedant à suis celerius impulsæ aurigis. 5. volumus & hoc nosse, cur in hoc raro subtiliq; cælo Calvinoprædicantico hiatus illi atræq; foueæ ad antarcticum serenis noctibus sint conspicuæ? vnde blandulum lumen via lactea diffusum, quod ad obtutum nostrum reuerberatur! Etiãne  
 intra

Refellitur  
 1.

calvinopredicantico

hiatus illi atræq;

foueæ ad

antarcticum

serenis noctibus

sunt conspicuæ?

vnde blandulum

lumen via lactea

diffusum,

quod ad obtutum

nostrum reuerberatur!

Etiãne

intra



Intra cœlica Sacramentariorum corpora nubeculæ, vapores, densioresq; plagæ immobiles reperiuntur? 6. Accedit sol ad terram propius, ab eaq; recedit, cum vel in auge vel augis opposito existit; decurrit idem tardius per sex signa borealia quam austrialia, nec vel latum ab eclyptica euariat vnguem: abest sæpiculè in auge lōgius à terra Mercurius cū alijs quinque planetis. Etiāne remoræ alicubi in fluidi cœli tui spatio occurrant, & epicycli eccentricique euanidi & fluxiles inibi memorantur? Similia sunt apud Astronomos phænomena, prædicans, accinge sicut vir lumbos tuos, si cum molliculo tuo & butyraceo cælo omnia probè dissolueris, in corui locū inter cōstellationes à Mathematicis extolleris. Caue tamen ne Eliud, nec à Deo, nec Iobo reprehensus (apud Iob. c. 37.) occurrat ingeratq;: *for sit an cum Deo fabricatus es celos, qui solidissimi quasi ære susi sunt.* Cui se facilè iunget Isaias 51. *Cœli sicut fumus* (nondū liquefcunt) *sed liquefcēt.* Et Salom. 2. Paral. 6. *Tu ex audies de cælo firmissimo habitaculo tuo.* Alia in Philosophia deliria tua libēs prætereō, eo quod & multa sint, quæ paucis comprehendī nequeant, & obuia eruditīs hominibus, qui iā pridem Calvinistarū circa Quantitatē somnia obseruârunt. Nā somniū est & nō ratiocinatio, cū ait §. 68. *omnis substantia creata dimensua, necessario est finita, ergo vno loco vel vnus loci sinibus est definita.* Quasi vero res finita fiat

Obiectio  
prædicantis I.

Solutio.

ita-



statim infinita si tribus vel pluribus definitis ponatur locis. Disce quod infinitum sit Aristoteli, cuius semper aliquid est sumere extra, vel quod Quantitatem habet cuius finis nec esse nec cogitari potest. Corpus autem Christi siue vno, siue pluribus locis constituatur, semper eandem suam retinet quantitatem quam habet finitam. *Somnium est:* 2. *Obiect.*

*Omnis magnitudo est continua & necessario figurata, ergo vno solo loco posita.* *Solut.*

Nam etiam corpus quod in pluribus est locis, in singulis continuum est (vt quod habeat in ijs omnes partes termino communi copulatas) in singulis figuram formamq; retinet eandem. vt quod idem numero statuatur in illis. *Somnium est: omne corpus* 3. *Obiect.*

*trinam habet dimensionem, ergo spatium requirit ad-* *Sol.*  
*aquatam.* aut enim quod erat probandum ad-

uersarius assumit in antecedente, aut dimensio hæc intelligenda erit, non quæ in actuali com-  
mensuratione ad locum consistit, sed quæ sit aliquid ea prius & à loci comensuratione nu-  
tu omnipotentis Dei separari possit. *Somni-* 4. *Obiect.*  
*um est: corpus quæ vnum est indiuisum in se est, non* *Sol.*

*ergo potest esse in diuisis locis.* Manet enim in sin-  
gulis locis indiuisum in se (vt quod naturam  
formamque cum omnibus suis partibus reti-  
neat eandem in locis singulis) sola loca quæ  
extrinsecus accidunt, sunt diuisa. At August. 5. *Obiect.*

ad Dardanum epistola 57. ait: *tolle spacia lo-* *Solut.*  
*corum à corporibus & nusquam erunt.* Sed  
nihil etiam hoc contra assertam veritatem.

Nam



Sol.

Proprieta-  
res essentia  
les Prædi-  
canticæ.

Nam Augustinus tantum vult, omni corpori suum vbi, siue locum intrinsecum attribuendum, qui si tollatur, ita vt non detur vbi in rerum natura statuatur, prorsum etiam corpus tolletur. Quod enim alicubi non est, siue spiritus sit, siue corpus, siue Quantitas Qualitasue, vel res alia, id prorsus nō est. Plus quam somnium est: quod identidem proprietates essentielles commemorat: cum eiusmodi, quæ de essentia rerum sint, & proinde in earum definitionibus præter genus & differentiam includi debeant, nullæ possint assignari. Sed omnis vera proprietas, verum est accidens & verè extra essentiam rei eaq; posterius, vt ob id ab ea vi transnaturali vel separari vel in ea salua eius vnitatem multiplicari possit. Illud autem quod vis §. 93. grauitatem esse formam securis aliorumq; corporum grauium, & à suo formato auferri non posse, vtpote per quod ipsum sit quod est, nescio in scitiam an stuporem dixerim verius. Prorsus purum, putum accidens est grauitas, tam terræ, quàm hominis, lapidis vel securis, alioquin vt eadem in illis specie grauitas existit, ita natura & forma eadem specie hominis & lapidis erit. Nec diceres ad formam grauis corporis pertinet grauitas, quia eadem ratione aquæ calidæ quæ calida est, hominis albicantis quæ albus est, barbati ministri, quæ barbatus est, formam esse potes asseuerare, negare quæ calorem, albedinem







lium copiarum corruptores sunt cæli (è quo præcipites in Tartara secum Angelos pellerunt plurimos) & terræ (quam ab Adæ in paradiso lapsu ad hunc vsque diem nunquam disperdere destiterunt) at Lucifer aut saltem alius aliquis genius malus, Calvinistarum est Deus, prout iam luce meridiana clarius effecimus. Eorum igitur Deus est corruptor cæli & terræ. 2. Si Calvinistarum Deus eterno suo decreto constituit, vt sua defectione periret Adam, itemq; Apostaticus angelorum cœtus: utiq; primus ipse terræ & cæli, eorumue qui in ipsis agunt, corruptor fuit. Atqui verum prius, verum igitur etiam posterius. Nec potest dubitari, quin decretum tale Calvinisticus Deus condiderit, sic enim 3. Instit. c. 23. §. 7. *Decretum quidem horribile (vt sua defectione periret Adam) fateor, inficiari tamen nemo poterit, quin præsciuerit Deus, quem exitū esset habiturus homo antequam ipsum conderet, & ideo præsciuerit (ab æterno ante præuisum omne peccatum) quia decreto suo (quod pro omnipotentissima voluntate decernente nō potest non esse efficacissimū) sic ordinauerat (vt rueret in peccatū homo) sed de his supra & Becanus cap. 3. de prædest. Calu. & c. 1. de Deo Calvinist. Hic rursus obmurmurat nonnulla prædicans de improprijs & duriusculis phrasibus Caluini, quas melle edulcari à nobis oportuisset, additque Deo permittente lapsum Adamum, at non permi-*



permisisse nisi volentem, lapsum igitur Deo  
 volente, Sed in hoc à Caluino ad Romanen-  
 ses imprudens deficit. Illi enim contendunt  
 labi hominem, Deo volente peccati permis-  
 sionem, quia in sui arbitrij libertate eum con-  
 stituerat; at nō labi Deo volente & decernen-  
 te ipsum peccatum permissum, quia id planè  
 Deo contrarium est. Sed ad incudem cantile-  
 nasq; suprà auditas reuertimur, ita Prædican-  
 te postulante, cui nihil gratius, quam eandem  
 ad chordam occasiuncula data minima aber-  
 rare, & voluntatem Dei Calvinistici pro suo  
 arbitrio & voluntate interpretari, obscurare,  
 torquere.

Vult Deus  
 peccati per-  
 missionem  
 vt que con-  
 gruat agē-  
 ti libero. ac  
 peccatum  
 permissum  
 non vult.

THESIS OCTAVA.

**E**X dictis nullo iam negotio hac deducuntur, 1. Ar-  
 ticulum Caluiniანი symboli primum reuera hunc  
 esse: Credo in Diabolum, Carnifi-  
 cem, Orcipotentem, Corrupto-  
 rem Coeli et Terrae. 2. Proinde longè  
 alium esse Deum Christianorū quam Caluiniانorum:  
 quandoquidem nō sicut Caluiniანი, ita Christiani Dei  
 potentia; sed patientia; non impulsu & operatione;  
 sed indulgentia & permissione peccata sunt, vt ele-  
 ganter B. Augustinus. in Ioan. tract. 53. 3. Probabilius  
 tamen videri intelligentiores Caluinisequas, prorsus  
 Atheos esse, & cum Godefrido à Valle Parisijs exusto  
 an. Christi 1572. potius credere nullum, qua vllū talem  
 esse Deum. 4. Nō referre, si quidē nullus sit Deus, quem  
 Dei cultum & religionem profitear; si iurat a lingua

quo  
 elle-  
 e in  
 uam  
 tem  
 n est  
 effe-  
 cali  
 suo  
 iret  
 tus:  
 qui  
 um  
 po-  
 isti-  
 S. 7.  
 pe-  
 rit,  
 ho-  
 (ab  
 uia  
 an-  
 (si-  
 10)  
 est.  
 ob-  
 o-  
 ias  
 ue  
 on  
 ni-





mentem iniuram geras; Si cum Bucerō ex Zving-  
liano fias Lutheranus; ex Lutherō Semicatholicus; ex  
Semicatholico Sacramentarius; ex Sacramentario  
Iudæus obduratus. Si cum Adamo Neusero Heidelber-  
gensi olim Pastore, cum Alamanno, Blandrata, Sta-  
torio, Socino, Lisimanno alijsq; primis per Sarmatiam  
Caluiniani Euangelij Apostolis transfugas ad Turcis-  
mum, cui nullus Deus est, illi omnis religio perinde est:  
nisi quod Mahometismus eod sit Caluinistis gratior; quo  
& fœdarum carnis voluptatum maior est approbator  
& doctrinæ Sacramentariorum consonantior.

## CAPVT XX.

### De Corollarijs.

**A**D hæc corollaria ex præcedētibus pen-  
dencia, seq; consequentia secundum re-  
ctæ rationis discursum, raptus extra se lym-  
phatoq; similis, debacchatur atrociter in ad-  
uersarium prædicans. Exclamat ad primum.  
*Increpet te Dominus Sathan. Quare? quia quadruplex hoc est mendacium planè diabolicum, & abomi-  
nanda in Deum Caluinisticum blasphemia. Planè  
Dominus increpet te nouitium populi sedu-  
ctorem & Ecclesiæ Sathanam, qui infinities  
iam nūc impudentissimorum mendaciorum  
redargutus, adeo adhuc bardus & brutus es, vt  
non palpes totum primum articulum ex præ-  
missis verbotenus consequi. Frustra furis ad-  
uersus conclusionem, vbi præmissæ ante sunt  
positæ.* Ad



Ad 2. crustaceum quendam Deum in phantasijs Calvinistarum, velut in fornaculis quibusdam Vulcanijs pistum, eructat benè ccenatus Prædicans. Sed enim Catholicis hoc idoli prorsus est incognitum: qui etsi Christum latentem sub specie panis cum omnibus maioribus suis venerantur; non tamen crustaceum quid adorant, non magis, quam vel laneum quid, dum Deum Christum indutum veste; vel lapideum quid, aut ligneum, dum in sepulchro præsepique Bethlemitico iacentem adorant. Reliquos de permissione & voluntate Calvinistici Numinis coccyfimos ne quidem attingendos amplius duco.

Christus  
sub specie  
panis fide  
agnitus  
adoratur.

Ad 3. pro Atheismo Calvinisequarum in thesi insinuato, Prædicans reponit martyres suorum Sacramentariorum. Prò quantos heroas! quam gloriosos athletas! Audi enim Martyrologium Calvinisticum. II. Octobris anni 1531. in Heluetia pugnans in prima acie contra Apostolorum patrumque suorum doctrinam à pauculis Cætonibus Catholicis cum plurimis Sacramentarijs miserè trucidatus, inque cineres redactus est Ulricus Zwinglius: qui gladiator non malus Capharnaitarum vexillum primus iterum extollere cœpit. Eius cineres domû Tigurini quidam magna cum reuerentia asportarunt. Surius Anno 1531. Item non multo post memorabili fine extremum diem clausit Basileæ D. Ioannes Oeco-

Martyrolo-  
gium Sacra-  
mentario-  
rum.



lampadius, professione pseudologus, author Caluangelicæ doctrinæ in ea vrbe primus (circa annum Christi fere 1528.) & templi ibidem protoepiscopus, apostata monachus, maritus sacrilegus, qui suffocatus à Sathana (vt Lutherus dicit in lib. de Missa priuata) morte digna vitæ meritis expirauit. Item ibidem memoria est Carolstadij primum archidiaconi VVittenbergensis, sed post illucescente magis Euangelica libertate, diaconi in Tigurina Ecclesia. Hic post graues à Luthe-ro Lutheranisq; persecutiones, año 1530. strâgulatus à Caluiniano Numine martyr Caluinisticus alacer ad inferas sedes perrexit, vt refert Erasmus Alberus. Item Geneuæ soleñitas Ioannis Caluini, hominis nati ad decipiendos simplices, orbemq; seditionibus replendū, qui postquam ad extrema deuenit, vt Herodes quispiam pediculari morbo consumtus inter blasphemias voces, quib. diei suo, Deoq; verò maledixit, animam orci potētī An. 1567. commisit, Bolsecus in vita Cal. Eius translatio celebratur Nouioduni, quando in publicum eductus nudatusq; ante ora populi tribus in dorso candentibus lilijs propter Sodomopolitarum castitatem est insignitus relegatusq; in exilium. ibidem. Item in Anglia protomartyris cuiusdam, apud Foxum, qui 17. annis in scriptura Caluiniana positus cum supplicio foret afficiendus, hanc constantissimè fidem est pro-



professus: Christum omnibus operibus suis  
 cælum non promeruisse. Foxus. Item in An-  
 glia Thomæ Cranmeri: qui ex tepido Catho-  
 lico sub Henrico 8. in Anglia primum factus  
 est Henricianus, vsq; eo noui Euangelij calore  
 spirituq; exæstuans, vt quã initio propalam  
 mulierem circumducere non audebat, eam  
 cistæ inclusam secum veheret. Post sub Eduar-  
 do transijt ad Lutheranos impanatum Deum  
 in Catechismo suo docens. deniq; cum tran-  
 sijnisset ad Calvinistas, ad extremum captus sub  
 regina Sapientissima Maria, conuictusque in  
 publicis regni comitijs, suaque ipsius confes-  
 sione reus Oxonij per ignem ex hoc mundo  
 ad ollas vulcanias euolauit. Flores Calvinisti-  
 ci fol. 42. Item eadem in prouincia celebris  
 apud Foxum martyr is Guilhelmi Coabrigij,  
 qui Christi nomen auersis auribus vsq; adeo  
 excipiebat, vt neq; lectionem nec mentionem  
 eius ferret: asserebat præterea, neq; Apostolos  
 neq; Euangelistas, neq; quatuor Ecclesiæ Do-  
 ctiores, adhuc patefecisse qua ratione peccato-  
 res salui fiât: Christum nõ esse mundi redem-  
 ptorem sed deceptorem, & qui in nomine eius  
 crediderunt in inferno damnatos esse. Alanus  
 Copus Dialog. 6. c. 10. Item in Scotia famige-  
 ratorũ cõfessorũ ppter adulteria, homicidia,  
 furta, colloquia cū dæmone, Ioannis Knoxij,  
 Kellochi, Viliochi, Pauli Methuensis, Ioannis  
 Durix ministri Edinburgensis ad concionem  
 ascendere cõsueti cū bõbardis duab, vt verbo

Christum  
 esse decep-  
 torem.



& igne nouum firmaret Euangelium, Thomæ Moensis, Thomæ Rae Sodomitæ, & aliorum suspendio extinctorum propter rapinas. Vide flores Calvinisticos fol. 85. Item in Saxonia festum primi Apostoli Calviniani Nicolai Crellij propter seditiosum sanguinariumque nouangelium 9. Nouembris anni 1601. capite diminuti ex decreto summi Magistratus. Item Monasterij in VVestphalia Stautenbernij recordatio, qui triueneficus ex pessimo Catholico factus est Lutheranus, & mox ex Lutheranus Argentinae, opera Buceri (Magistri Iohannis Caluini) reformatus degenerauit in Sacramentarium, coenamque Calvinisticam, panes albos in manicis Monasterij circumtulit. Hic à Catholicis urbem capientibus caesus in pugna, suspendium è turri urbis altissima candentesq; forcipes socijs impactas euasit An. 1534. Maluissimè ut prædicans suos insinuasset nominatim martyres, ego lubens percissem huic martyrum Calvinianorum, pauculorum quidem, sed omnium maximè illustrium colligendorum labori. Debebat etiam atheos illos Necromantas, Sodomitas, Epicureos inter Pontifices nominatim proponere, ut conspiceremus num afferret aliquos à Bellarm. lib. 4. c. 8. & sequentibus iam pridem non defensos. Sed secundum artem Calvinianam maluit in confuso loqui, ne si quæ hic exprimeret distinctè statim reus deprehen-



prehenderetur falsi. Nouimus nō omnes Romæ fuisse sanctos, sed nec in duodenario Apostolorum collegio omnes sancti fuerunt. Inter diaconos septem, castitatis laudem nō parum obnubilauit Nicolaus (a quo Nicolaitæ orti sunt) & inter innumera millia hominum ex omni natione Romæ versantium omnes sint incorrupti integrique! habet vrbs malos non paucos, etiam habet bonos nō pauciores eosq; omni virtute instructissimos. miscentur zizania tritico & mali pisces sagena capiuntur æquè ac boni. De suis reformatis ipse Calvinus lib. de scandalis sic loquitur: *Cum tot hominum millia cupidè, vt videbatur nomen dedissent Euangelio (Caluinismo) quam pauci obsecro à suis vitijs resipuerunt? imo quid præ se maior pars tulit, nisi vt excusso superstitionum iugo, solutius in omnem lasciuia difflueret, homines Lucianici & Epicurei Papistarum ineptias lepide irridet sed ipsi indigni sunt qui vnq; ad Papismū reuertatur. Et: Nō est, qd nos turbet atheismus, qui nunc (post reformatum in Anglia Galliaq; Euangelium) in toto mundo passim grassatur. Et: Abutuntur (prædicantes) sacrilegè Euangelio ad scelerum prætextum. loquor de artificio iam non vulgari (vfitato verbi ministris) quo se perfidi homines ad fallendum, fraudandum, modisq; omnibus nocendum (populo) insinuant: zelum (prælect. in Dan. ca. II.) quidam præclarum simulant, si tamen intus excutias, reperies plenos eos esse perfidia & fraudibus. Nihil attinet similia ex Musculi locis communibus; Luthero Tom. 5. in cap. 8.*

Caluinizantes sunt a thei testimonio Caluini.



Matth. Erasmo in epistola ad fratres inferioris Germaniæ: Czanouio de corruptis moribus vtriusq; partis; Smidelino in cap. 21. Luc. concione 4. alijsq; afferre. Testem (qualem vult) dedimus atheismi Calvinistici ipsum Calvinum, cum tamen ipse corruptelarum in vrbe testes laudet nullos, nisi Platinas, Bennonas, Petrarchas, infestos quibusdam Romanis Pontificibus propter carceres & alias priuatas causas aduersarios.

Godefrid.  
à Valle ex  
Caluinista  
fit atheus.

De Godefrido à Valle non est cur anilem esse fabulam putet; consulat tantum tabulas Parisienses publicas, vel si mauult, Maldonatum in c. 26. Matth. vers. 26. Nonnulli, inquit, Calvinistæ progressi sunt longius, vt nihil crederent, quorum vnus Godefridus à Valle, Lutetiæ anno 1572. publicè exustus, cum libellum quendam his annis de arte nihil credendi composuisset, nihil in eo nisi hoc vnum verum dixit, oportere prius Calvinistam fieri, qui atheus esse volet. Fuerat ille antea Calvinista, fuit postea atheus. vnicuique in sua arte credendum est. Hæc ille professor Theologiæ Parisiensis de re gesta in theatro totius orbis clarissimo Lutetiæ, vt ignorare ei quod gestum fuit non licuerit: mentiri vero in retam clara & publicis litteris consignata non potuerit. Prædicantium, non autem Catholicorum veri studiosorum est proprium, egregiè impudenterq; mentiri quidlibet,



bet, quomodo §. 100. Iesuitis ascribit hic in-  
sulfus prædicans sine teste, solum quia ita li-  
bet, Admiralij aliorumq; Hugonottorum Pa-  
risijs factam cædem, quos tamen nemo pru-  
dens ea de re vnquam in suspicionem magis  
vocauit, quam de bello inter Selymum & Præ-  
to Ioannem de quo Surius An. 1572.

Ad 4. omnia horrenda vult esse maledicta.  
Quasi verò vllum caput, nisi fortè Vorstio-  
Caluinianum, adeò sit sine omni cerebro, vt  
non iudicet verissimum, homines intelligen-  
tes potius credituros, nullū esse Deum, quam  
Sathanam Deum esse. Vbi autem sibi persua-  
serint Deum esse nullum, quasi verò tum pro  
Dei cuiuspiam religione sint pugnaturi, aut  
reformidaturi per eum iurare, peierare, Ma-  
gistratus populosq; circumducere. Non sunt  
ea corollaria maximè 3. & 4. pro vulgo, à Ma-  
gistris licentiæ decepto, sed pro Rabbinis &  
magnis (vt sibi videntur) clamosisq; Caluinif-  
mi Coryphæis: eos ad istum modum necessa-  
rio ratiocinari credimus, idque si cui, rerum  
passim in Europa à Caluinistis perditissimè  
gestarum, ignaro dubiū est, adeat Artem men-  
tiendi Caluinisticam, Flores Caluinisticos,  
Incendium Caluinisticum, Caluino Turcif-  
mum aliosque libros Caluinianæ perfidiæ &  
proditionum plenos. Et quid mirum? homi-  
nibus seruent fidem, qui violant Christo da-  
tam in Baptismo? qui doctrinam à Spiritu S.  
reuelatā & per Apostolos traditā proculcant?  
qui



qui maioribus, omnibusq; prisce Ecclesie Doctores fidem omnem abrogant? maneat ergo Calvinistarum tessera propria.

*Iura, periura, secretum prodere noli.*

Nam quod Alexandrum 6. hac etiam labe aspergere conatur ex Machiauello, in eo se, pedit sui immemorem: quando supra noluit testes suspectos. At quis magis suspectus ter execrando Machiauello politicorum ductore, Atheismi doctore, hoste iurato illius Pontificis? Et ut talis fuisset in vita, id non ab alio illi suggestum fuisset, quam à Calviniano numine. Neq; enim doctrina Catholica id eum docuit, quæ his è diametro contradicit, suosque manu quasi ducit ad omnem vitæ sanctitatem & iustitiam: ut nequicquam iterum relabaris §. 106. ad papistici cleri cælibatum moresque aliquorum corruptos. Doctrina Catholica eos ad orandum horasq; canonicas Deo deuotè recitandas excitat; ea iubet ipsos & sibi & alijs gratiam diuinam ad seruiendum Creatori exposcere; ad ieiunia, macerationemq; carnis suis illos præceptis exstimulat; inuitat ad cilicia, ad cineres, ad lacrymas, ad vigilias, ad bellum cum carne, mundo & Sathana gerendum: Non sunt hæc irritamenta libidinum scelerumque fomenta, sed instrumenta ad omnem honestatem & virtutem. Fateor, minus audientes sunt nonnulli his doctrinæ Catholicæ vocibus, sed eius rei infelix Caluino-  
præ-

**Cleri Catholici exercitia propria.**



prædicans, tu cum tuis es fons & scaturigo: Tu opera bona vt satisfactiones quasdam hu-  
 manas, malitiosè exagitas: Tu cum tuis leges apostolicas vt hominum mandata explodis:  
 Tu obseruantiam debitamque maiorum san-  
 ctionibus reuerentiam proculcas: Tu stygium  
 tuum virus Ecclesiasticis Catholicisq; afflas,  
 facisq; vt nonnulli languescant quandoq; ani-  
 mis, minusq; secum generosè decertèt, exem-  
 plis tuorum pessimis licentiaq; viuendi ma-  
 xima profanescentes. Sed non erat quod eos  
 aspiceres, respice tuos: Caluinum tribus lilijs  
 propter scelus Sodomix in dorso denigra-  
 tum (Bolfecus c. 5. in vita Calu. ex tabulis pu-  
 blicis) Bezam, Claudia (quam candidam vo-  
 cat abductam à marito factore Parisiensi) &  
 Audeberti amoribus infamem, de quo ipse  
 met:

Caluinista  
 cū suis au-  
 thores cor-  
 ruptionis  
 in clero.

Castitas  
 Caluinista  
 rum.

*Abest Candida, Beza quid moraris?  
 Audebertus abest, quid hic moraris?  
 Tenent Parisij tuos amores, &c. quæ sequuntur.*

Zvvinglium respice velut Aetnam salaci-  
 tatis spiritu succensum, simulac se ad vestrum  
 Euangelismum transtulit, vt de seipso loqui-  
 tur Tom. 2. in respons. ad Luther. lib. de Sa-  
 cram. Deniq; Bucerum aliosque intuere, qui-  
 bus, vt mulier æquè necessaria viro censetur,  
 ac cibus & potus; ita preces, cilicia, ieiunia, fla-  
 gella cæteraque quibus petulca caro retundi-  
 tur, non minus sunt inuisa quam dracones &  
 vipe-



viperæ. Vnde quod quidam poëtafter tibi suppeditauit Carmen in Romam, ita verius leges ad Bezam ipsiq; similes scurras & cynædos accommodatum.

*Beza vale, vidi: satis est vidisse, reuertar,*

*Cum leno, meretrix, scurra cynadus ero; per similis sc. Beza.*

## CAPVT XXI.

*Caluinistas Mahometiz are.*

**S**ed quia omnium grauisimè Vorstius fert §. 104. Caluinistas in simulari alicuius Turcismi, coronidis loco ad finē huius articuli ea de re pauca subiiciemus, nō è nostro sensu deprompta, sed ab alijs mutuata. Ex quibus Lutherani aiunt Caluinismū, Mahometismum, Arrianismum tres esse fratres & sorores, tres ex vno panno caligas (Schutz lib. 50. causarum, &c.) Caluinistas esse Mahometanos baptizatos lib. Ienæ impresso Anno 1586. Caluinistas longè esse deteriores Turcis, inque Ecclesiam inducere ethnicismum, Thalmudismum, Mahometismum. Brentius in Bullingeri coronide & recognit. Prophet. Fusè idem in Caluino Turcismo docet Reginaldus lib. 2. c. 19. lib. 3. c. 3. l. 4. c. 22. & alibi. Sed magis mirādum id ipsos quoq; Caluinistas fateri. Quis enim nescit ex litteris Aloysij Cuchij ad Bartholomæum de Rodolphis Venetum patricium, anno 1568. caluinistas Constantinopoli id per VVilhelmum de Gran Ry egisse vt  
sub

Caluinif-  
mus & Ma-  
hometif.  
mus fra-  
tres.



sub protectionem Turcarum reciperentur? idq; non alio grauiori argumento, quam: quia (vt aiunt) *nostra religio (caluinistica) simillima est Turcica; nisi quod ieiunijs & eleemosynis, non ita vt Turca sumus obstricti propter conscientiae libertatē.* Quis nescit in Belgio caluinistas suo in vexillo detulisse figuram Lunæ crescentis argēteam, quasi sub Turcarū signis iam tunc militarent, cum haec inscriptione. *Plutost Turcs que Papaux, potius Turca quam Papista?* cui nō sēpius auditum est, hac de re testimonium Adami Neuseri apud Stephanum Gerlachium Doctorem Tubingensem? in epistola dedicatoria assensionis piæ, &c. Tubingæ editæ an. 1585. fuērat Neuserus iste in Palatinatu, & quidem Heidelbergę Pastor caluiniā, factus est post Mahometanus: idq; hac ratione, quam retulit ipse Gerlachio. *Agitabatur quaestio de reali cōmunicatōne idiomatum diuinorum, in hac dum haeret, in eam paulatim venit cogitationem, Christum non esse filium Dei, vt cui nulla realis cōmunicatō sit cum Deo, tum quod finitum nō sit capax infiniti, tum quod finiti ad infinitum nulla est proportio. Hominem igitur eum, & in docendo excellentem fuisse gratiaq; eminuisse concludit. Hinc ad Trinitatem disquirendam gressum fecit: qua in re Transyluanorum scripto adiutus, vnum esse Deum verum & eternum, cui nec Christus nec spiritus S. cōsubstantialis & coeternus esset, deprehēdit, idq; Scripturis cōsentaneum, vt proinde duob. ante fūgā annis infautē nullū in nomine S. Trinit. baptizārit.*

Caluinista  
sua ipsorū  
cōfessione  
Turcizant.

Pulcher discursus ex intimis Caluiniā Theologiae sacrae.

Caluinista Neuserus incipit dubitare primo, an Christus sit Dei filius.

Mox S. Trinitatem abnegat.

His



Carpit  
Biblia.

Mahome-  
tismum ꝑ  
fitetur.

His eius opinionibus detectis Spiræ in comitijs cum Sylvano trahitur ad Electorem Palatinum, cui in faciem respondit, *nisi Calvinianus factus fuisset, eò non deuenissem.* Sed elapsus è carcere primum in Poloniam venit, vbi idem de Christo & Trinitate doceri à multis Calvinianicis & discipulis audiuit, inde quo tutior esset in Transyluaniam ad Franciscum Davidis, eiusq; gregales perrexit, qui Christum vt nudum hominem non redemisse genus humanum disputârunt, bibliaq; vt alicubi secum pugnancia carpsent. Quibus omnibus instructus, Mahometismum profiteri aperte cœpit, inque litteris ad Sylvanum scripsit, *se credere omnia esse vera, quæ in Alcorano habentur.* Etiam in Epistola ad Gerlachium Ann. 1574. 2. Iulij data: *Nullus, ait, nostro tempore mihi notus factus est Arrianus* (Christi diuinitatem negans) *qui non ante fuerit Calvinista:* vt Seruetus, Blandrata, Alciatus, Franciscus Davidis, Gentilis, Gribaldus, Syluanus (Heidelberge capite plexus) & alij. *Igitur qui timet sibi ne incidat in Arrianismum (& cohærentem illi Mahometismum) caueat Calvinismum.* Experto crede Roberto Prædicans, nec indignare, si ipsi potius, & post ipsum alijs credamus, præcipuos per Poloniam, Vngariam, Transyluaniam Calvinistas à Christi diuinitate & religione aberrasse ad impietatem Mahometismi, quod etiã de Paulo Alciato, Beza in acta, de Gentili in præfat. Sim-



Simlerus, Iacobus Andreae in praefat. refutat. Apologiae Danei, alijq; de alijs testantur innumeris. Nec aliter fieri potest propter doctrinae Calvinianae & Mahometanae convenientiam maximam. Vt enim taceam vtriusq; initium a seditionibus, armis, bellis sumptum, Mahometismi per Asiam, Calvinismi per Gal-  
 liam, Scotiam, Belgium, reliqua q; orbis oras (de quibus Flores Calvinistarum, historiae q;.)

1. Mahometus religionis suae arcem constituit legem & Euangelium secundum ipsius opinionones expurgatum: Idem propugnaculum est Calvinistarum, contententium legem & Euangelium, intelligenda secundum commenta Caluini, iuxta Bezæ ex Graeco in Latinum peruersionem, secundum phantasia Bullingeri, Zvinglij vel alicuius Sacramentiperde.

2. Nullos suae doctrinae iudices tulit Mahometus, scripturam Iudicem sibi sufficientem clamitans. Nec Calvinistis vel Concilia sacra vel Doctores vel Patres vel Pontifices apti controueriarum possunt esse iudices. 3. Diem Dominicum transtulit ad diem Veneris sublatis alijs festis, veneris nepos Mahometus: etiam sublatis alijs solennioribus diebus, Dominicum in Diem Veneris traicere conatus est stigmaticus homo Ioannes Calvinus. Hinc quidam eius condiscipulus.

*Vult transferre diem Calvinus ab ordine festum,  
 Quem Domino ascribens hebdomas omnis habet.*

K

Vt q;

Cōuenientia Caluini & Mahometismi in doctrina.

1. Mahometani & Calviniani reuocant se ad scripturas a se purgatas intellectasque.

2. Vtrique nullos volunt iudices controueriarum.

3. Vtrique conspirant in abrogandis festis.

mi-  
 ala-  
 anu  
 car-  
 n de  
 uini  
 tior  
 au-  
 n vt  
 hu-  
 cum  
 in-  
 erte  
 t, se  
 tur.  
 74-  
 utus  
 ns)  
 an-  
 lis,  
 ple-  
 ria-  
 m)  
 rto  
 oft  
 ni-  
 is à  
 ad  
 u-  
 at.  
 n-



*Vtq<sup>3</sup> dies Veneri tali potiatur honore*

*Facta inter ciues seditione iubet.*

*Vtere Caluino, Germania tota Magistro,*

*Sit licet insanus non ratione caret.*

*Tu Domine Veneri Dominum postponis IESVM,*

*Iure huius festum vendicat illa sibi.*

*Hoc verbis persuade igitur Caluine, vel armis,*

*Si Veneri faueas, Mars tibi fautor erit.*

Quin etiam mutare voluit festum Natiuitatis

4. Vtrique tis Christi, Circumcisionis, Ascensionis, An-

4. *images* nunciacionis. Bolsecus cap. 6. in vita Calu. 4.

*excindunt* Imagines Christi & Sanctorum execrantur

Turcae Christianosque vocant ea causa ido-

lolatras: etiam Christi Sanctorumque omni-

um abominatur effigies cum omnibus suis

Caluinus, nisi quod sui imaginem è collo fer-

ri non indignetur, respondens id calumniari-

tibus (Lanoy de Calu. c. 12.) si quis hoc specta-

culo offendatur, ne deinceps id videat, vt occu-

5. Vtrique los sibi eruat, vel se suspendat. 5. Turcarum

5. *horrea pro* moschea siue Ecclesiae parum discrepat à do-

templis mibus communibus, parum à ciue vel milite

*habent,* distat apud eos proletarius Sacerdos: parum

etiam Caluinæ siue templa Calviniana, & in

ijs Ministri distant à cœnaculis publicis & ho-

minibus profanis ac militibus sclopetarijs.

6: Baptismo non ad necessitatem, sed foeto-

6. *Baptif-* rem quendam aspellendum libenter vtuntur

*mus neu-* Turcae; etiam baptismo non necessario vtun-

*tris est ne-* tur Calvinistæ, filios fidelium vi solius præ-

*cessarius ad* tur Calvinistæ, filios fidelium vi solius præ-

*salutem.* destinationis cœlo trāsribentes. 7. Morum

im-



improbitas infæcunditasque in vxore, iusta 7. Matrimonium  
 Turcis diuortij est causa : probatur eadem <sup>monium</sup>  
 causa Calvinistis. Hinc Antonius Caluini ger- <sup>vtrifq; dis-</sup>  
 manus frater (Theueninus in historia Bezae <sup>foluitur.</sup>  
 fol. 33.) minorem natu filiam Nicolai de Fer <sup>Caluinistæ</sup>  
 coniugem suã repudiauit. Hinc Oecolampa- <sup>repudians</sup>  
 dius priori dimissa aliam duxit (Prateolus in <sup>vxores</sup>  
 Elencho verbo Mahomet) hinc Beza ereptam <sup>suas.</sup>  
 Sartori vxorem sibi retinuit (Bolfecus de vita  
 Bezae) Bucerì ad c. 17. Matth. sententia est : Iu-  
 dæis permissum erat ob duritiam cordis di-  
 mittere vxores & alias ducere. ergo idem lice-  
 re debet Christianis, quando eadem in illis  
 inuenitur cordis diuitia. extant de hoc cano-  
 nes Ecclesiæ Geneuensis in Caluino Turcismo  
 lib. 2. c. 10. 8. Polygamiam suis permisit Ma-  
 hometus; permittit eandem Calvinistæ. Hinc <sup>8. Mahome-</sup>  
 Ochinus lib. 2. Dial. c. 21. ait: *Paulus Episcopis &* <sup>tus & Cal-</sup>  
*diaconis plures vxores interdicit : cateris tacitè con-* <sup>uinistæ p<sup>r</sup></sup>  
*cedit. & : Pauli mens est hac, vt Christianis plures v-* <sup>bant poly-</sup>  
*xores habere liceat. At Episcopis non nisi singulas. & :* <sup>gamiam,</sup>  
*Quanquam illud credo, vt antiquitus interdictum est,*  
*ne Reges haberent multos equos, hoc est multitudi-*  
*nem nimiam, ita quoque interdictum Episcopis, non*  
*plures sed immodicam multitudinem vxorum.*  
 Ochinum cum affero solem quendam Cal-  
 uinisticum exhibeo, vtpote de quo Balæus  
 Calvinista] præfat. in acta Roman. Pon-  
 tific. *Petrū Martyrē (ô Tigurini) & Bernardinum*  
*Ochinū in Tigurū recepistis. Quæ duo luminaria? quo-*  
*rū alterum si alia haberet Ecclesia magno ornamento*



& thesauro ditata & beata viderentur. De hoc etiam ipse Calvinus lib. de Scandalis. Quos, inquit, Itali (Papistæ) Bernardino Ochino & Petro Martyri (Apostatis ad Calvinum monachis) op-

9. Verique Christi diuinitatem tollunt.

ponent? Deniq; Christi diuinitatem cum Sanctissima Trinitate explofit Mahometus, exhibilat eandem Calvinismus, de quo Apodixi

2. Ex quibus liquet non ouum ouo similis, quam Calvinismum Turcismo, ita vt & Calvinus Mahometizet, & Mahometus Calvinizet. Sed iam sit satis de primo Calvinistici

Credo articulo, à cuius professione verus Deus omnes Christi fideles liberet.





## A P O D I X I S II.

BLASPHEMIARVM CAL-  
VINISTICARVM CIRCA SE-  
CVNDVM APOSTOLICI SYM-  
boli articulum.

## ARTICVLVS SECVNDVS.

*Et in Iesum Christum, filium eius unicum,  
Dominum nostrum.*

## T H E S I S N O N A.

**I**N IESVM. Quid filio futurum est, vbi Pater vsq<sup>3</sup>  
adeo est deturpatus? Caue honoris causa ad nomen  
Iesu caput aperias aut genu flectas, sicut fieri consue-  
tum est ad eximiorum Principum mentionem. Nam  
plusquam ridiculi Calvin. in cap. 2. ad Philip.  
sunt Sorbonici Sophistæ, qui ex illo Pauli; In  
nomine Iesu flectatur omne genu, &c. flecten-  
dum esse genu colligant, quoties nomen Iesu  
pronunciatur. Caue Iesum dictum esse putes, quod  
ipse saluum facturum esset populum, prout præmonuit  
caelestis paranympus Matth. 1. Nec saluauit nec per-  
fectè saluare potuit mundū à peccatis. Ille enim agnus  
est, non qui tollit peccatum mundi. sed tegit Ioan. 1.  
non qui delet, abluat, mundat iniquitatem Psal. 50.  
populi, sed inumbrat, conuelat, occultat, ne eam vide-  
at iam quasi cacutiens Deus Pater; non qui consolidat  
sanat redintegrat Ezech. 34. quod per serpentem de-  
structum est; sed emplastro tantum obducit, ne visum

K 3 anima